

EXPLANATIO IDIOTISMORUM IN LATINA VULGATA...

Ferdinand Reisner




BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
3 G
2

EXPLANATIO
IDIOTISMORUM
IN
LATINA VULGATA
RECURSANTIUM,
PER
PRÆCEPTA ET EXEMPLA,


SACRÆ SCRIPTURÆ, THEOLOGIÆ
ET LINGUARUM SS. STUDIOSIS
ACCOMMODATA

PER

FERDINANDUM REISNER,
PRESBYTERUM, THEOLOGIÆ DOGMATICÆ POLEMICÆ IN ELECTORALI MONACENSI LYCÆO ACTU PROFESSOREM, S. SCRIPTURÆ ET LINGUIS OO. EXPLICANDIS DESIGNATUM.

CUM SUPERIORUM PERMISSU.



AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS JOANNIS JACOBI MAURACHER,
MDCCLXXV.



Approbatio Cenſoris.

Opusculum de Idiotiſmo Hebraico &c. eoquod ob ordinem & perſpicuitatem plurimum conferat ad Dei verbum cum ſinceritate & dignitate populo proponendum, nec orthodoxæ fidei adverſetur, digniſſimum eſt, ut per typum publici juris fiat. Auguſtæ Vindel. die 11. Dec. anno 1774.

Imprimatur
ex Vicariatu Auguſtano

JOANNES HERZ,
SS. Theol. Licent. Eminentiſſimi ac Sereniſſimi Archiep. Trevir. & Epiſc. Auguſt. Conſil. Eccl. Conſiſt. Aſſeſſor, Provic. Generalis. in Spiritual. ac Canon. ad S. Gertrudem.
Mppria.



JOS. ANTON. STEINER,
SS. Theol. Doctor, Eminentiſſ. ac Sereniſſimi Archiep. Trevirenſ. & Epiſcopi Auguſtani Conſil. Eccleſ. Conſiſtorii Aſſeſſor, Viſitator & Librorum Cenſor.

)(2

REVERENDISSIMO
ILLUSTRISSIMO
DOMINO DOMINO
FERDINANDO
CHRISTOPHORO,
EPISCOPO ET S. R. I. PRINCIPI
CHIEMENSI,
S. R. I. DAPIFERO HÆREDITARIO
COMITI
DE ZEIL TRAUCHBURG,
L. BARONI IN WALELBURG,
D. IN WURZACH, MARSTETTEN,
ALTMANSHOFEN, WOLFEGG
ET WALDSEE &c.

ECCLESIÆ METROPOLITICÆ
SALISBURGENSIS
ET CATHEDRALIS AUGUSTANÆ
CANONICO CAPITULARI &c.

NEC NON

CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI
S. R. I. PRINCIPIS ET ARCHIEPISCOPI
SALISBURGENSIS
CONSILIARIO INTIMO
AC CIVITATIS SALISBURGENSIS
LOCUM TENENTI.

REVE-

REVERENDISSIME
ILLUSTRISSIME
DOMINE DOMINE.

Viginti effluxere anni, ex quo Auguſtæ Vindelicorum coram & præſens oculis uſurpavi; & auribus, admirabundus animo intellexi, quantus ſit in TE virtutis apparatus, quanta rei literariæ affluentia, quam pulcro nexu conjuncta utrique moderatio.

Per juſtæ horæ ſpatium in ſolenni diſputatione ex jure pontificio habita cum poſitiones argumento graves, numero multas, reconditæ eruditionis filo inter ſeſe connexas, ſelectiſſima latinitate, ſolidiſſimo ordine, ſingulari modeſtia impugnares, non poteras non omnibus venerabundum ſilentium ob eloquentiæ flumen imperare; multis

admirationem ac propemodum ſtuporem ingerere ob ſoliditatem; non paucis, mihi certe, lacrymas prolicere ob animi præſentiam cum eruditione ſucci & ſanguinis plena conjunctam.

Mirabamur, quid enim diſſimulem? quod Vir Eccleſiaſticus, Proſapia illuſtriſſimus, ætate vix ſupra juvenem provectus,

Ante annos animumque gerens, curasque viriles,

in conſeſſu eruditorum doctiſſimus, tam nitide, tam ſolide, tam moderate, honorarius Agonotheta, implexa argumenta evolveret; reſponſa exciperet; obſcura illuſtraret,

ſtraret, ambigua dilueret, omnibus ſupra exſpectationem ita faceret ſatis, ut, ſi juſtum decennium in tradendis his diſciplinis ex profeſſo exegiſſet, nec nervoſius, nec ordinatius, nec moderatius, omnium Eruditorum calculis, potuiſſet.

Longinqua hæc ſunt, ſi ſpectes annos præterlapſos; præſentia, ac propemodum recens facta, ſi animum meum, in quo ita defixa atque inſculpta hoc amabilis ſcena eſt; ut evelli & eradi e memoria non poſſit.

Ad propiora, ad quotidiana ſimul domeſtica, ſimul publica virtutis una & literaturæ argumenta gradum facio; [illegible]æ,

ſicut *Juvavium* novit, *Auguſta* prædicat; ita per triennium civitas omnis *Monacenſis* intuetur, admiratur, obſtupeſcit.

Sacri, profani, ſummi, medii, infimi TE probitatis ſpeculum, TE miſericordiæ aſylum, TE literaturæ omnis ſedem & athenæum, dum tacent, clamant; dum vident, fatentur; dum vel ZEILII nomen audiunt, laudant, amant, venerantur.

Sed ſincera pietas, & vera ſcientia, quia TUA eſt, laudari non vult; talis eſſe exemplo; quam haberi opinione mavult. Verbum non addo. Mihi certe magnæ mercedis inſtar eſt, quod ſub Tan-

to

to & TANTI Patrocinio per Tuam clementiam concessum sit, ut geminum libellum in lucem edere, & publici usus facere possim, quorum alter: *Explanatio Idiotismi*, lectionem *Vulgatæ* juvet; alter: *Lexidion eruditionis hebraicæ*, legentes digna eruditione fæcundet; uterque in *Cleri totius* emolumentum elucubratus sit.

Quem dum ego TIBI, REVERENDISSIME & ILLUSTRISSIME DOMINE, DOMINE, S. R. I. PRINCEPS, FERDINANDO Ferdinandus ea, qua par est, animi demissione dono, dico, dedico, TE etiam atque etiam obtestor, ut tantus Vir, FORMA GREGIS

factus,

factus, hanc opellam, pro *Vulgatæ* existimatione in bonum *Cleri* susceptam, tueri auctoritate TUA clementissime digneris

CELSITUDINIS TUÆ

Dedi Idibus Maji
Anno salutis MDCCXXV.
Monachii.

devotissimus
FERDINANDUS REISNER.

AD



AD LECTOREM.

Habe sis opusculum, quod in Libro, quem nuper de *Psalmis facilius intelligendis* edidi, daturum me typis promisi. Complectitur libellus hic notionem brevem de Idiotismis, tum in genere, tum in specie, qua juvari Lector per certa & præcepta & exempla possit, ut universam *Vulgatam latinam* intelligere felicius condiscat. Hæc certe Hebraicis in veteri; Græcis & Syriacis in nova lege *Idiotismis* referta cum sit, non juvenibus duntaxat Clericis, sed etiam viris, non raro negotium facessit.

Ut

AD LECTOREM.

Ut hanc meam opellam & lubentius & citius conferrem, clementiſſima Sereniſſimi *Electoris* ac *Ducis* utriusque Bavariæ Domini D. voluntas ſtimulos mihi addidit, qui me ſacræ Scripturæ explanandæ & linguis orientalibus tradendis clementiſſime deſignavit.

Multorum annorum uſu edoctus, docendo didici, ſtudioſum ſine libris tam parum, quam parum militem ſine armis, in hac arena literaria ad victoriam eniti poſſe. E re ergo viſum eſt futurum, ſi libellum haberent mole parvum, pretio tenuem, veræ Theologiæ avidi atque appetentes, quo tanquam clave aditum ſibi ad ſacræ paginæ ſacrarium reſerarent.

Si viva profeſſoris vox; ſi mediocris induſtria inter explicandum, & recolendum acceſſerint, negotium confectum eſt. Auſim ſponſionem facere; fore, ut hoc gemino ſubſidio adjuti intra unius anni ſpatium viros in legenda *Vulgata* conſeneſcentes feliciſſimo compendio antevertant, & longo poſt ſe intervallo relinquant. Reſtat, ut de uſu & ordine hujus opuſculi paucis te condoceſaciam.

Sub

AD LECTOREM.

Sub unum obtutum conjeci ex uno paginæ latere *præcepta*; ex altero, e regione videlicet, *exempla*, tam ſingulis vocibus, quam integris ſententiis ſervitura. Hoc argumentum eſt *Libri primi: Exempla Idiotismorum breviora.*


Liber ſecundus exhibet *exempla ampliora* ex primis XX Pſalmis, qui dicuntur frequentius, petita.

Tertius Idiotismos tum Græcos, tum Syriacos ex D. Matthæi potiſſimum Evangelio recenſet, animadverſionibus illuſtratos; hoc enim Evangelium hebraice, id eſt, ſyriaca dialecto, initio conſcriptum eſſe, eruditorum fert opinio. Cætera, quæ ſubtexui, præcipua Religionis orthodoxæ dogmata ex latinis, hebraicis, græcis collecta codicibus, diſcentibus æque, ac tradentibus Theologiæ placita non arbitror fore ingrata, nec grandia volumina omnibus in promptu; nec parata pecunia in marſupio eſt, ut, quæ ex bibliis, ex Antonii potiſſimum *Zanolini* caris & pretioſis operibus excerpſi, comparare in *expanſo* aut velint aut poſſint.

Sub

AD LECTOREM.

Sub prelo eſt Indiculus ſeu *Lexidion eruditionis hebraicæ* ex hoc ipſo Authore collectum, *Concionatoribus*, *Theologis*, eruditis opportunum. Tu hunc laborem pro tuo proventu, pro verbi divini exiſtimatione, pro divinæ gloriæ incremento ſuſceptum, æqui, bonique conſule, vale.



INDEX



INDEX ET ORDO

EORUM, QUÆ IN HOC OPUSCULO TRACTANTUR.



LIBER PRIMUS.

)()(Mo-

LIBER SECUNDUS.


Exempla Idiotismorum ampliora ex XX Psalmis.

LIBER TERTIUS.

Lectio



LIBER



LIBER PRIMUS.

DE IDIOTISMO HEBRÆO TUM IN GENERE, TUM IN SPECIE, IN VULGATA FREQUENTER RECURSANTE.

SECTIO I.

Ἴδιος, vox græca, latine *proprium* ſeu *peculiare* ſonat: quod ergo cuivis linguæ ita *proprium* eſt, ut huic duntaxat linguæ, non item alii, conveniat, id vocamus *Idiotismum*.

§. I.

Notio Idiotismi.

Habet lingua *latina* modos loquendi, & effe-rendi ſenſa animorum peculiares; habet *germanica*; habent cæteræ, uti *gallica*, *italica*, *hiſpana*, *anglica*; redundant imprimis orientales linguæ, *græca*, *hebraica*, *ſyriaca*, *chaldaica*, *arabica*; & hæ quinque ad explicandam sa-

 cram

cram paginam, ad evolvendam eruditionem judaicam; verbo, ad intelligendam noſtram *Vulgatam verſionem* plurimum conferunt. E re itaque fuerit, ut de *Idiotismo*, potiſſimum *Hebraico*, nonnulla ſubjungantur.

§. II.

Idiotismi gnome ſeu regula generalis.

Quæſtio. In tanta verborum ambiguitate; in tanta vocum hebraicarum penuria; in tanta Scriptorum licentia; in tot tropicis *ſacræ Scripturæ* obſcuritatibus & involucris ſanctis, quis eſt modus, ut tuto de *vero*, *genuino* Scripturæ ſenſu, quem Spiritus ſanctus primario intendit, citra periculum vel erroris, vel temeritatis, judicemus; nos qui *pro Chriſto legatione fungimur*, Concionatores, Doctores, Aſcetæ &c.? Gravis & digna interrogatio.

Reſpondeo primo ex Tirino, & S. Auguſtino.

Quandocunque verba ſcripturæ ſine aliquo incommodo poſſunt *proprie*, ut ſonant, & jacent, accipi, accipienda *ita* ſunt; hinc tum neque ad metaphoras, neque ad alios tropos aut ſenſus improprios deflectendum eſt; niſi quando ex iisdem proprie acceptis abſurdus aliquis ſenſus eliceretur.

Secundo; Si locus aliquis ſubinde obſcurior occurrat, ſed *alibi* per verba clariora non raro proponatur; ad hæc recurrendum eſt, ut prior, ſeu obſcurior, elucidetur.

Tertio; Ex ſcopo, mente, intentione ſcribentis ſæpe colligitur mens & ſenſus verborum,

rum, quorſum, quibus, contra quos, ex cujus perſona ſcribatur.

Quarto; Ex traditione, vel interpretatione S. Eccleſiæ; ex decretis Conciliorum, vel ſummorum Pontificum, ex conſenſu SS. Patrum ſanctitate juxta atque eruditione præſtantium, ex unanimi conſpiratione doctorum & interpretum, certo conſtare poteſt de vero & literali ſenſu ſacræ Scripturæ. Hoc opus, hic labor.

Quinto; Conferre antecedentia & conſequentia cum loco, cujus ſenſus eſt ambiguus, plurimum juvat ad eundem elucidandum. Si omnia inter ſe congruant, habes ſenſum *genuinum*, *literalem*, aut certe ſenſum *verum*; hanc gnomen tradit *Salmeron.*

Sexto; Si omnia cum pluribus ſenſibus recte conveniant, plures eſſe *ſolent* & *poſſunt* ſenſus *literales*, omnes æque immediate intenti a Spiritu ſancto; vel ſaltem ita, ut unus *primario*, *ſecundario* alter, dictante Deo, revelatus atque intentus ſit.

Septimo; Cognitio linguarum *Hebraicæ & Chaldaicæ* pro veteri; *Græcæ & Syriacæ* pro novo teſtamento intelligendo, ſi cum orthodoxa modeſtia conjuncta ſit, mirum quantum confert. Hæc mens eſt Pontificum theologis ſtudium hebraicæ & arabicæ linguæ commendantium.

His prope intellectis regulis univerſalibus ad *Idiotismos peculiares* deſcende, quos ut tibi familiares reddas, lege, quod ſequitur:

§. IV. & V.

Idiotismi consistentes in verbis, Zeitwörtern.

1.) Hebræi carent tempore *præsenti* & *imperfecto*; utuntur ejus loco vel *præterito*,

2.) vel *participio*. Præterea

3.) utuntur επιτασει, seu verbo vehementiori pro minus vehementi.

4.) Vice versa utuntur verbo minus vehementi pro verbo, quod magis vehemens & significantius esse debuerat - - - vocant hanc figuram *liptoten*.

5.) Inopia radicum hebraicarum (verborum nempe) cogit Hebræos, ut uni *verbo* sæpe decem & amplius significationes subjiciant, nonnunquam inter se contrarias & pugnantes, hinc ex contextu, & materiarum nexu eruendus est sæpe sensus genuinus: verbi gratia in verbo נָשַׁק *naschak*,

in verbo צָחַק *tsachak*.

in verbo græco προφητευειν.

Dixi hæc frequenter fieri ex inopia *radicum* (verborum) hebraicarum, quæ reapse non sunt

Exempla.

1.) *Credidi, propter quod locutus ſum.* i. e. *Credo.* Pſalmo CXV. *Ego credens,* pro: *ego credo.*

2.) *Ad ſimulacra euntes,* 1. Cor. XII. 2. i. e. *ibatis.*

3.) *Jacob dilexi; Eſau autem odio habui,* id eſt, Eſau *minus* dilexi, quam Jacob, Eſau poſtpoſui. Malachiæ I. & ad Rom. IX.

4.) Nolite declinare poſt vana (idola), quæ non *proderunt* vobis, id eſt, quæ *maxime* vobis oberunt, nocebunt. 1. Regum XII. 21.

Non eſt utile nobis relinquere legem, id eſt, perniciosiſſimum nobis eſt. 1. Macchab. II. 21.

5.) *Apprehendite* diſciplinam Pſalmo II. 12. Sic ſeptuaginta.

Adorate pure; ſic Hieronymus, dum vertit Pſalterium.

Oſculamini filium. Sic idem Hieronymus in commentariis. Omnia hæc ſignificat vox נַשְּׁקוּ *naſchak*, & vox בַר *bar*, *filium*, *pure*, *diſciplinam* notat.

צָחַק *tſachak*, quia ſignificat nunc *ridere*, nunc *ludere*, alias *digladiari*, alias *adorare idola.* Hinc eſt 2. Reg. II. 14. Surgant pueri & *ludant*, id eſt, *duellum committant.* Geneſ. XXI. 9. Vidit Sara *ludentem Iſmael cum Iſaac*; id eſt, *perſequentem* & vexantem, plagen, balgen. Exodi XXIII. 6. ſurrexerunt *ludere*, id eſt, idola colere tripudiano.

Latinum *prophetare*, eſt aliquando *futura prædicere*; aliquando *prophetiam confirmare*: Sic Eccli XLIX. 18. oſſa Joſephi dicuntur poſt

ſunt niſi *mille & viginti duæ voces*, a quibus omnia *nomina* derivantur, quæ ipſi vocant *Toar* ſive *ideam, formam*, & הֶאֱמַנְתִּי *heemanti* quod ſignificat *credidi*, quia hæ *ſex* literæ creduntur, (werden anvertraut, angeheftet) vel initio, vel ad finem vocabuli, & ſic formantur ſeu derivantur ex *verbis* nomina, &c. Hinc niſi ex chaldaica, & arabica, ſubinde & perſica lingua, verba quædam mutuentur, magna eſt vocum penuria, & quod conſequens, fluctuat ſignificatio tum verborum, tum nominum, id quod poſtea declarabitur.

6.) Per *Antiphraſin* eodem verbo res e diametro oppoſitas ſignificant.

7.) Per *Evphemismum*, quod durum & infauſtum ſonat, a ſe in hoſtes ſuos deonerant imprecando ſibi malum, quod vident eventurum hoſti.

8.) Per *Ironiam*, vel per *Sarcasmum*, exprimunt contrarium, id quod & in aliis linguis conſuetum & elegans eſt.

9.)

mortem *prophetasse*, scilicet *confirmasse*; aliquando: *insana loqui*, ex afflatu spiritus nequam; uti: 1. Reg. XVIII. 10; 3. Reg. VIII. 29. Jerem. XXIX. 26. aliquando: *Scripturas interpretari*, 1. Cor. XIV. 3. alias denique *miraculum patrare*, Eccli. XLVIII. 14. *mortuum prophetavit corpus ejus* (Elisæi).

6.) Jobi I. 11. & Capite II. 5. 9. item 3. Reg. XXI. 13.
Benedicere sumitur pro *maledicere*;
Benedic Deo & morere. &c.
Deuteron. XXII. 9. *Sanctificari* pro *pollui.*

7.) Hæc faciat Deus inimicis David, & hæc addat. 1. Reg. XXIII. 22.
Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat.

8.) Gen. III. 22. *Ecce Adam* (dicit Deus) *quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.*
Zachariæ XI. 13. *Decorum pretium* (triginta argentei quibus vendendus Christus prædicitur) *quo appretiatus sum ab eis.*
Ecclesiastis XI. 9. *Lætare ergo juvenis in adolescentia tua* - - - id quod desumitur ex sequentibus: *& scito, quia pro his omnibus adducet te Deus in judicium.* Kühle deine Lüsternheit, du wirst deßwegen vor Gericht Rechenschaft geben müssen.

9.) Per Καταχρησιν, ſeu abuſionem metaphoræ, plus dicunt, quam reapſe ſit, aut verbo utuntur, quod videtur minus honorificum, aut etiam ſignificandæ rei inidoneum.

10.) Per *hyperbolen*, ſive ementientem metaphoram, rem ultra verum, ſed non ultra modum, extollunt.

11.) Nihil autem frequentius *metaphora*, tum in verbis, tum in nominibus, maxime ſi Hebræum in veteri, & Syriacum in novo Teſtamento conſulas. *Allegoria* autem in ſententiis connexis frequentiſſima eſt. De *allegoria* porro ſermo erit, cum regulæ de *integris ſententiis* infra tradentur.

12.) Per hypallagen, ſeu *permutationem* caſuum inverſam, ut ordinata conſtructio pervertatur, quod in hac lingua, & in hoc Idiotiſmo elegantia eſt; *in alia* pro *ſolœco*, pro *ſolœcophane*, apparente ſolœciſmo, & non raro

9.) Matth. IX. 31. *Diffamaverunt* (JEſum cœci curati) *in tota terra illa*, id eſt, valde laudibus extulerunt.

Sic: *Ædificare domum*, aut *deſtruere*, eſt, proles & *poſteros dare*, vel *adimere*.

Revelare aurem, eſt, admonere, vel alteri indicare, quod neſciebat.

10.) Joan. ultimo verſu ultimo mundus negatur capere poſſe libros: *Sunt autem & alia multa, quæ fecit JEſus, quæ, ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.*

Si de Chriſto ut homine intelligas, hyperbolicum eſt; non item, ſi Chriſti, ut Dei, opera intueris.

Vide notam *P. Weitenauer* ad caput ultimum Joannis verſu ultimo in Evangelio.

11.) *Fodere* apud Oſeam III. 2. eſt, *emere pretio*.

Indui re aliqua Pſalm XCII. 1. & Rom. XIII. 14. eſt *habere, poſſidere*.

Animam habere in manibus eſt *exponere vitam periculo*.

Suſcitare verbum 2. Reg. VII. 25. *præſtare omiſſa*.

Suſcitare arcum, gladium, juramentum, &c. eſt *facere, ne ſint otioſa, fruſtranea pacta, minæ &c.*

Aperire alicujus aurem eſt *præcipere, præmonere*.

Sibilare api vel muſcæ eſt *evocare hoſtes, Aſſyrios, Ægyptios*.

12.) Iſaiæ I. *Cognovit bos præſepe domini ſui*, id eſt, dominum præſepis, ſtabuli, vel dominum alentem in præſepio.

Exod. III. 2. *Rubus ardebat in igne*, nam ignis ardebat in rubo.

raro pro barbarismo habetur. Sed Dominus coeli & terræ eſt etiam *Dominus linguarum*, quidni etiam *grammatices?* niſi orbiliis & ariſtarchis plus conceſſum ſit, quam Deo.

13.) Per *multiplicem* enallagen:

Per enallagen *generis*,

Per enallagen *perſonæ*,

Per enallagen *temporis*,

Per enallagen *modi*,

Per enallagen *verbi* vel *participii* pro *adverbio*.

Per enallagen ſeu immutationem *ſenſuum*, ut quod dandum eſſet *guſtui*, detur *auditui*, quod *intellectui*, detur *viſui*, *auditui*. &c.

Viſus pro quovis ſenſu;

pro *auditu*

pro

Judic. I. 8. *Civitatem miſerunt in ignem*, i. e. ignem conjecerunt in civitatem.

Pſalmo XVIII. 5. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, i.e. ſolem poſuit in tabernaculo (expanſo cœlo), vel ſoli poſuit tabernaculum in cœlo.

Eccli XXXVI. 14. *Miſerere plebi tuæ, ſuper quam invocatum eſt nomen tuum.* Id eſt, quæ vocatur *populus Dei.*

13.) Iſai XXVII. 3. 5. Nunc maſculino utitur *intelligens populum.*
Nunc feminino *intelligens Synagogam, vineam.*

Transeunt a *prima vel ſecunda* perſona ad *tertiam.*

Præteritum pro futuro; futurum pro præterito. In *Prophetis* & *Pſalmis* id quotidianum eſt.

Imperativus & *conjunctivus* pro *futuro. Fac* pro *facies.* Epiſcopatum ejus *accipiat* alter; id eſt, *accipiet. Poſſidete* aurum, pro *poſſidebitis.*

Convertor, revertor, addo, adjicio, pro *iterum, rurſum, denuo.*

Pſalmo LXXVII. 41. *Converſi ſunt & tentaverunt Deum*, id eſt, *rurſum* tentaverunt.

Pſalmo LXXXIV. 7. *Deus tu converſus vivificabis*, id eſt, *iterum* vivificabis nos.

Iſai. VI. 13. *Convertetur & erit, rurſus* erit.

Sic *viſum* tanquam ſenſum cœteris præſtantiorem pro *quovis* ſenſu accipiunt. v.g.

Videre voces pro *audire.* Exod. XX. 18.

Quia

pro *tactu*;

pro *odore*, *olfactu*;

pro *gustu seu sapore*;

sensus quilibet sumitur pro *intellectu*.

14.) Per emphasin & exaggerationem geminatur *verbum*, ut semel in *gerundio*, vel *participio*, semel idem in alio *tempore* efferatur.

Vel extra *gerundium* aut *participium* addito derivato, vel verbali,

Vel *negatione* contrariæ rei, si statim affirmationi subnectitur,

Vel

Quia vidisti (tetigisti) *me Thoma, credidisti.* Joan. XX. 29.

Fœtere fecistis odorem (nomen, famam) *nostrum in oculis* (in naribus) *Pharaonis.* Exod.V. 21.

Gustate & VIDETE (ex sapore experimentum capite) *quoniam suavis est Dominus.*

Nemo AUDIT, id est, nemo intelligit. 1. Cor. XIV. 2.

Imbecilles ad audiendum, ad intelligendum. Hebr. V. 11.

14.) *Faciens facies* pro *prompte*, *facile.* 1. Reg. XXVI. 25.

Et potens poteris, potentissime difficultates omnes perfringes.

Faciendo faciam, faciens faciam. 2. Reg. IX. 7. Hoc est *certissime.*

Castigans castigavit me. Psal. CXVII. 18. Id est, *vehementer.*

Plorans ploravit. Thren. I. 2. *Amare* flevit.

Veniens veniet. Habacuc. II. *Certissime.*

Morte morieris, i. e. *certissime.*

Isai XXXVIII. 1. *Morieris & non vives*, certo morieris.

Thren. II. 17. *Destruxit & non peperit,* integre destruxit.

Ezech. XVIII. 21. *Vita vivet & non morietur,* omnino vivet.

Joan. I. 20. *Confessus est & non negavit*; plane, aperte fassus est.

Psal-

Vel denique gerundium ponendo pro actu aliquo, pro eo, quod actu fit; & quod alias per conjunctivum & nominativum exprimere oportuisset.

15.) *Verba* apud Hebræos non semper *actum* jam *perfectum*, sed tantum *incboatum* significant, ut, verbi caussa, *facere* non significet *facere*, sed *conari*, *moliri*, *incipere*:

Ponitur vicissim *incboatio* pro ipso *actu*.

Sub-

Psalmo CXXV. *In convertendo Dominus captivitatem*, id est, dum converteret actu.

Psalmo CXLI. 4. *In deficiendo ex me spiritum*, i. e. dum deficeret spiritus meus, da mir das Athmen ausblieb, 2c.

Psalmo IV. *Cum invocarem*, hebraice est, *in invocando*, inter invocandum, exaudivit. Ich fieng kaum zu bethen an, erhörte mich Gott.

Estque hæc elegantia *frequens*, maxime in Psalmis; & brevis, quam latine brevius vix dabis; nisi dicas *inter invocandum*.

15.) Sic Deut. XVI. 6. Hebræi dicuntur egressi ex Ægypto *vespere*.

Exodi XII. 42. Hebræi dicuntur egressi ex Ægypto *noctu*.

Num. XXIII. 3. Hebræi dicuntur egressi ex Ægypto *mane*.

Nempe *vesperi*, *immolarunt*, *comederunt agnum*, convasarunt.

noctu, *cæsi primogeniti*; data venia discedenti.

mane, *re ipsa plene & perfecte* egressi sunt.

Itaque, *inceperunt* egredi.

Cantic. I. 6. *Ne vagari incipiam*; i. e. *ne vager hac, illac*.

Sapient. XVIII. *Incipiebat dari lumen*, pro *dabatur*.

Luc. XIII. 25. *Incipietis foris stare*, pro *foris stabitis*.

Apocal. III. 16. *Incipiam te evomere*, pro *evomam*.

Hebr.

Subinde *verbum*, non tam *actum*, quam *agendi debitum*, *officium*, ſeu *obligationem* innuit.

Quod Evangeliſtæ, quod Prophetæ de Chriſto dicunt, v. cauſſa: Ex vi fidei & baptismi de abolendis peccatis, de juſtitia, pace, ſanctitate per totum orbem germinatura, ex parte Chriſti fit, dat enim lytrum (Lösgeld) ſanguinis ſui; gratiam ſuam ad præſtandum idoneam.

16.) *Verba realia* ſæpe accipiunt pro *mentalibus*, id eſt, pro eo, quod Deus *decrevit*, *juſſit*, ideo *dedit* & *miſit*, ut hoc vel hoc *fiat*.

Vice

Hebr. XIII. 17. *Ipsi enim pervigilant*, id est, officium superiorum est, *pervigilare*, etsi multi non præstent.

Joan. I. *Lux in tenebris lucet*, i.e. hoc est officium Christi.

Illuminat omnem hominem, agnus qui tollit peccata, quantum est penes Christum: si non prodest, neque fit, quod Christus de se præstat, hominum vitio fit; in Christo *culpa* non est.

Marci ultimo. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit.*

Danielis IX. *Ut auferatur peccatum, & deleatur iniquitas & finem accipiat prævaricatio.*

16.) Rom. II. 4. *Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Decrevit*, optat, ut pœnitentiam agas; immo *jubet, allicit, minatur.*

Levit. XX. 8. XXI. 8. 15. 23. *Ego Dominus, qui sanctifico vos*; jubeo esse sanctos.

Levit. XIII. 6. 11. 20. 27. 30. *Leprosum mundabit - - - contaminabit*, id est, declarabit per suam sententiam, vel *mundatum*, vel *contaminatum*, atque adeo, an arcendus a convictu, an eidem restituendus hic homo sit.

Jerem. I. 10. *Constitui te super gentes & super regna, ut evellas* &c. id est, ut & prædices, & prædicas, has gentes esse *evellendas*; has *plantandas* &c.

Vice verſa accipiuntur verba *mentalia* vel *vocalia* pro realibus, ut non tam ita *vocetur*, quam *reapſe* ſit.

17.) Verba *neutra*, mittlere Zeitwörter, quæ aliquid de actione, aliquid de paſſione habent, ſed *neutrum* ex toto ſunt, Hebræi ſæpe per *actionem* exponunt, aut verba quidem *activa* per actionem duplicem: ipſi vocant *biphbilicum*, quaſi diceres: *fecit fieri*; *juſſit fieri*.

Hæc de Idiotismo conſiſtente in verbis; ſequitur

§. V.

Iſai. VII. 14. Chriſtus dicitur *vocandus Emmanuel*. Id eſt, quod reapſe *futurus* ſit Emmanuel, *nobiscum Deus*, etſi fortaſſe raro ſic *appelletur*.

Iſai VIII. 3. *Vocandus* dicitur Chriſtus: *Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari*.

Nemo hoc nomine *vocat* Chriſtum, ſed hoc reipſa præſtitit, dum ſatanam & *peccatum* vicit.

Jerem. IV. 12. ait Deus: *Loquar judicia cum eis*, hoc eſt, *juſtas pœnas infligam* judex & vindex æquus.

17.) Pſalmo LI. 7. *Emigrabit te*, id eſt, faciet, coget, ut emigres.

Jonæ III. 7. Et *clamavit* (Rex), id eſt, clamare fecit, juſſit.

Oſee VIII. 4. *Ipſi regnaverunt*, id eſt, ſibi regem ſtatuerunt.

Rom. VIII. 26. *Spiritus poſtulat pro nobis*, i. e. poſtulare facit.

2. Cor. II. 14. *Triumphat nos* (Deus), id eſt, triumphare facit.

§. V. & VI.

Idiotismi consistentes in nominibus. Nennwörtern.

Primo de SUBSTANTIVIS, *dein de* ADJECTIVIS.

1.) Penuria *nominum* ferme eadem, quæ *verborum*, facit, ut idem nomen *res* longe *diversas* significet. Id, quod ex contextu, & subjecta *materia* vel *argumento* desumendum est.

Vide exempla in *adjectis vocibus:*

בר *bar;* hæc vox *tria diversa* significat.

צִנָּה *tsinnah* quam plurima; ferme pro omni armorum genere, quod in acumen deflectit. Mirum itaque non est, si alius alio significatu exprimat. Ein zugespitzter Waffen- oder Werkzeug.

Vox אִישׁ *aschisch* vel aschischah.

Vox

Nota: In Cornelio a Lapide, in Tirino & hujuscemodi viris, græce & hebraice apprime doctis, centena deprehendas errata; cum vox græca vel hebræa impressa occurrit; id ex inscitia vel oscitantia typothe-

Exempla diverſarum ſignificationum in eadem voce, vel nomine eodem.

1.) *Obſervatio:* Exſtitiſſe olim ampliorem vocum copiam & apparatum, extra dubium eſt; exſtant hæ, quæ apud Hebræos deſiderantur, in aliis linguis, puta, arabica, perſica, turcica &c. Certe in ſolo libro Geneſeos plus quam ducentæ voces leguntur *arabicæ.* Videatur lexicon in Geneſin *P. Fintani Linder, Benedictini.*

בַּר *bar: diſciplinam, filium;* & adverbium *pure* ſignificat; hinc diverſæ interpretationes.

צִנָּה *tſinnah, Clypeum, umbonem, verutum, ſudes, cuſpidem, frigus acre, ſentes, hamos, ſpinas, ſcapham, laqueum, contum &c.*

Quidquid *exhilarat, reficit,* uti Canticor. II. 5. ſtipate me *floribus,* id eſt, reficite me *fulcimentis, unguento, lagena vini, ſimila frixa, oleo,* mit ſaftigſten Oelküchlein.

pothetarum, vel ex abſentia auctoris contigerit. Qui itaque græce & hebraice neſciunt, centies decipiuntur; qui ſciunt, merito hanc oſcitantiam tam frequentem ſugillant, & indignantur, harum linguarum peritiam tantopere collapſam eſſe.

Vox חֲסִידָה *Chasidah.*

Vox * *Chasid* in *Psalmis* redditur per vocem *Sanctus*, significat autem, quando de *homine* sermo est, pium, einen mild: und barmherzigen, *misericordem*, quia hæc opera *caritatem*, caritas autem, quæ est vinculum perfectionis, *sanctitatem* prodit. Sic in Psalmis passim.

2.) E contrario eandem rem, si plures habet proprietates & conditiones, pluribus nominibus explicare amant & solent. Patet id ex Psalmo CXVIII. *Beati immaculati*; quem ordinibus majoribus donati quotidie dicunt. In hoc Psalmo *Lex divina* minimum *triginta* diversis *nominibus* inculcatur: verbi caussa:

Pari modo apud Isaiam Capitibus LIX. & LXIII. *redemptio* per Christum facienda, qua vincetur *dæmon*, *peccatum*, *mors*, per plures res significatur.

3.) Hebræis sunt perpauca nomina substantiva, quibus exprimant species *plantarum*, *arborum*, *gemmarum*, *animalium*; adhibent ergo nomina *generica*. Sicut inops interdum est *Græcia*, ut ait Cicero, quamvis nulla lingua perinde luxurietur in copia verborum.

Adde

* *Chasad* hebræum, & *Chesed* syrum, significat: pius, id est, misericors fuit, misertus est.

Quidquid *sublimem & rapidum* volatum habet & amat, Hebræis † *Chasidah* vocatur, ut Zachariæ IV. 9. *Milvus, vultur.* Jobi XXXIX. 13. *Ciconia.* Psal. CIII. 17. *Herodius;* interdum *Upupa.* Facit hoc penuria vocabulorum, quibus *aves, bestias, plantas* singillatim exprimant.

2.) *Primo;* vocat LEGES: *præcepta, mandata, statuta.*
Secundo; judicia.
Tertio; justitiam, æquitatem, veritatem.
Quarto; testimonia.
Quinto; testamentum.
Sexto; vias Domini, justificationes, verbum, eloquia, sermones &c.

Vocatur nempe *strages & salus, ultio & redemptio, indignatio & pax, cædes & victoria.*

3.) Sic vox תַּנִּין *tannin* (idem judicium esto de vocibus sequentibus) significat quidquid in animalium genere monstrosum, magnum, aut procerum est; puta *balænas, cete grandia, lamias, dracones, serpentes* &c. *Sirenes, faunos, struthiocamelos* &c.

vox בְּדֹלַח *bedolah,* quidquid *aqueum* vel *viscosum* est & simul *lucet, fulgurat, lapidescit,* puta, *bdel-*

† *Chasidah* fortasse ideo Hebræis & Syris *avem* significat, quia *misericordes & amantes* pullorum sunt. Christus, certe *misericors,* comparat se gallinæ congreganti pullos suos sub alas.

Adde multas res, plantas, arbores, fruges & fructus in Judæa fuisse, reliquis nationibus, nempe Latinis & Græcis, ignotos, hinc non poterant exstare *verba* seu *voces*, cum *res* laterent; ex eo diversitas nascebatur interpretum, ut alius hoc, alius alio vocabulo Hebræum *latine* aut *græce* redderet.

4.) Quia itaque apud Hebræos nonnullæ erant animalium, arborum & aliarum rerum species Latinis & Græcis incognitæ, factum est, ut interpretes ipsam vocem hebræam, ut jacet, interpretationi suæ non raro *interfererent*.

5.) Alii contra maluerunt adhibere vocem *latinam*, aut *græcam* ab *hebræa* diversam; quia censoriam Grammaticorum Virgulam subterfugere laborabant. Probat id D. Hieronymus, dum vocem hebræam *kikajon* קִיקָיוֹן reddidit per vocem *hederam*. *Ut ceteris interpretibus consentirem*, inquit.

Sic *schaphan* Hebræis animal est *muris* vel *ursi* similitudinem referens, majus *ericio*, Ygel, Latinis nomen deest, quo id exprimant; hinc

bdellium, genus *gummi*, ſeu *lacrymæ pellucidæ*, *unio*, *carbunculus*, *cryſtallum*.

vox אֵלָה אַלָּה *elah*, vel *allah* omnem *glandiferam* arborem, *quercum*, *ilicem*, *terebinthum*, *caſtaneam*: id facit *inopia* vocum.

4.) Sic in libro Exodi paſſim leges: Ligna *Setim*; in Levitico menſuras hebræorum, nempe *hin*, *gomer*, *ſatum*, *cabum*, *ephi*.

5.) *Kikajon* Hebræis eſt genus *virgulti*, *lata* habens *folia*, ut *pampinus*; umbram fundens denſiſſimam, quod intra paucos dies in arenoſis Palæſtinæ locis, initio in herbam; dein cito in arbuſculum prodit; ſeptuaginta vocant *Cucurbitam*.

Vox שִׁטִּים *ſchittim*, ſeu *ſetim*, arborem ſignificat *ſpinæ albæ* ſimilem *colore* & *foliis*, non *magnitudine*; fortiſſima, lævigata & elegans eſt; creſcit in deſertis Arabiæ: quia Europæis ignota fuit, vocabatur *ſpina*, *buxus*, *funiculus* (σχοινων), lentiſcus (σχινων), ab aliis *ligna* imputribilia, ſeu quæ putredinem neſciunt.

שָׁפָן *ſchaphan*, rupium porcellus ſeu *choerogryllus* aliis; aliis *erinacius*, *lepus*, *cuniculus* aliis ſonat.

hinc interpretes variant. Vide latus oppositum.

6.) Sæpe *mysterium* aliquod, vel *res particularis*, vel *ratio immutati nominis*, vel *impositi* hujus præcise nominis per ipsam *vocem* hebraicam significatur, quod alia lingua difficulter reddas; & quod multum de elegantia amittit, si etymon, seu originationem nominis nescias. Quid ergo faciunt interpretes?

Respondeo: pro nomine *proprio* vel gentilitio, quod est in hebræo, ejus interpretationem ponunt. V. caussa:

Perfrequens is modus est in *veteri* Lege; imitantur Apostoli in nova.

Paulus ad Rom. IX. 25.

Petrus 1. Ep. II. versu 10. uterque ex Osea sumsit.

Sophonias II. 13.

Micheas I. versibus 10. 11. 12. 14.

pro nominibus *propriis* sumit *appellativa*.

2. Regum VIII. versu 1.

2. Reg. XXI. 19. pro *Elcanan filius Jaare*

Psal-

6.) Genesis XXVI. pro nominibus puteorum *propriis*, pro puteo primo, *esek* posuit interpres *calumniam*; pro secundo, *situah* posuit interpres *inimicitias*; pro tertio, *rechoboth* posuit interpres *latitudinem*; pro quarto, *sabea* posuit interpres *abundantiam*.

Jobi ultimo versu 14. prima Jobi *filia* appellatur *dies*; altera *filia* appellatur *cassia*.

Osee I. vers. 6. 9. Una *filia* appellatur lo rachumah, *absque*, seu *non misericordia*, contra *filius* appellatur lo ammi, *non populus meus*.

Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam; & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.

Qui aliquando non populus; nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

Ponet speciosam, pro: ponet *Niniven*, solitudinem.

Pulverem,	*pulcra*,	*amaritudines*,	*mendacium*,
pro	pro	pro	pro
aphar	*sapir*	*maroth*	*atzib*.

Tulit David frenum tributi de manu Philisthiim, id est, *methegamma*, quod est cognomen urbis *Geth*. Sensus ergo est: *Eripuit urbem Geth Philisthæis*.

vertit noster: *Adeodatus filius saltus*.

Factus

Pſalmo LXXV. 3. legitur,

7.) Sæpe in verſione latina gratiam ſeu emphaſin amittunt ſententiæ, quam habebant in habraico, vel ob luſum nominis, vel ob originem ſeu etymon, cur *ita* nominata hæc *res* vel *perſona* ſit. Exempla vide e regione hujus paginæ:

8.) Ad intelligenda nonnulla nomina, attendendum eſt: an ſermo ſit de rebus *ante captivitatem babylonicam* factis, aut narratis; an vero intelligendum ſit de perſonis, rebusque *poſt captivitatem &c.* Hinc patet ratio de diverſis nominibus decem tribuum,

Et

Factus eſt in *pace* locus ejus, hebraice eſt שלם *ſchalem* vel *ſchalom*, quod ſignificat & *pacem* & urbem *Jeruſalem*; ut ſenſus ſit: *factus eſt locus ejus*, ſeu habitatio, *in Jeruſalem*.

7.) 1. Cain vocatur, quia *Caiti* ſignificat *poſſedi* vel *accepi* filium vel hominem per Deum, *Cain* ergo *poſſeſſio*.

2. *Heva*, ab *Chaja vixit*, mater *vitæ* vel viventium.

3. *Iſak*, ſeu *itzkak, riſus*, quia *riſit* Sara; *tſakak* enim ſignificat *riſit*. *Non eſt ita*, inquiebat angelus, *quia riſiſti*.

4. Non amplius vocaberis *Abram*, id eſt, pater *excelſus*, ſed *Abraham*, id eſt, *pater multi populi*, *multitudinis*.

Idem cogita de *Sara*, quæ poſtea dicta eſt *Sarai*, *domina mea*;

Idem de centenis aliis: v. g. de Chriſto *Emmanuel*, quod ad verbum eſt: *in nobis Deus*, *inter nos Deus*, quaſi diceret; *Deus* fiet homo, & habitabit inter homines.

8.) Sic *decem tribus* a Prophetis & in Pſalmis vocantur *Ephraim*, *Joſeph*, *Samaria*; intellige a tempore Roboami usque ad captivitatem; ratio eſt *primo*, quia in *Samaria* ſedes regum Iſrael erat; & in tribu *Ephraim*; *ſecundo*, quia ex Ephraim (qui fuit filius Joſeph) ortus erat *Jeroboam*; qui & primus ſchisma excitavit, & *decem* tribus a domo *David* (ſic vaticinante Ahia 3. Reg. XI. 29.) abduxit. Subinde vocantur *Iſrael*, vel *Jacob*; quia *major pars filiorum Iſrael* hanc ſeceſſionem fecit.

Dua

Et reliquarum duarum tribuum. Intellige *hæc ante captivitatem.*

Post hanc autem, ubi reducti in Judæam sunt, alia ratio est nominandi, nempe

Hæc *distinctio & observatio* magnum lumen affundit tam legentibus Prophetas; quam recitantibus Psalmos.

9.) Si scriptura nominat orbis *plagas* vel *climata, orientem, occidentem, septentrionem, meridiem,* intelligit has comparate ad urbem *Jerusalem,* vel ad totam *Palæstinam.* Judæis enim scribebant Hagiographi Judæi; & Judæam sitam putabant in medio orbis terræ *tunc* habitatæ.

Ex his & similibus intelligis, quomodo Messias futurus, seu Deus Pater per Filium salutem operaturus dicatur in *medio terræ,* hoc est, *Jerosolymæ in Terra sancta.*

10.) *Figuræ & tropi* tam frequentes occurrunt in *nominibus,* quam frequentes sunt in *verbis.*

Eminet inter omnes *tropos* metaphora, quæ ob celerrimos ingenii motus, quibus populi orientales sensa animorum pingere solebant, occurrit frequentissima. Accipe nonnulla.

Barbaras & feras nationes vocant,

Vir-

Duæ tribus vero appellantur *Regnum Juda, Domus David, Jerusalem, Sion.*

Omnes tam *Israel, quam Juda,* pro eodem populo sumuntur, & vocantur *tribus Juda;* quia hæc *major* absorbet minores; quæ se tribui Judæ, cum e captivitate redirent, permiscuerunt. Hinc indiscriminatim nunc *Israelitæ*, nunc *Judæi* appellantur.

9.) Daniel Capite XI. intelligit per *Reges austri*, Ægyptios, per *Reges aquilonis*, Syrios, nempe Ptolomæum bella gesturum contra Antiochos.

Jeremiæ I. 14. *Ab* AQUILONE *pandetur omne malum*, i. e. a Babylone.

Per *mare* significatur *occidens*, nam mare mediterraneum Palæstinam attingit *hac* potissimum plaga *occidentali.*

Per *mare* tamen subinde *australis* plaga notatur; uti Psal. CVI. 3. *A solis ortu & occasu, ab aquilone &* MARI, id est, ab austro; quia nonnihil ad austrum se exporrigit mediterraneum.

Denique MERIDIES vocatur *dextra*; SEPTENTRIO, *sinistra,* id fit cum faciem ad orientem vertimus.

10.) In his omnibus latet similitudo inter res in se diversas, sed tamen aliqua in re, ob quam comparantur, *similes.*

Isaiæ XI. 6. *Lupos, serpentes, dracones, leones.*

Virtuoſos aut vitioſos homines,

Cujusque bona vel mala ſors, eventus, eſt ipſis

Quidquid pungit, torquet, cruciat, vulnerat

Quod nocet & lædit

Quodvis tormentum, clades quævis & ſtrages

Quod in frumento, in oleo, in vino præſtantiſſimum

Omne genus alimenti ad alendum neceſſarii

Pactum firmum, incorruptum eſt ipſis

Potentia, maxime regum, regnorum, rerumpublicarum

Principes & plebs, ſummus & infimus

Prophetia, quæ malum puniendum, iram Dei, prædicit,

Litus, ripa, latus, immo & fluctus vocantur

Homines potentes, divites, maxime immiſericordes

Res viliſſima, nullius pretii

Hæreditas, portio hæreditatis

Inſtrumenta quævis, bellica, muſica, etiam corporis appellantur

Sæpe

Iſai. XXXV. *Deſertum, aridum, campos, arbores, vineas, montes, flumina, urbes.*

Calix, quia in calicem tanquam ſinum mittebantur ſortes; aut quia architriclinus cuivis ſuum calicem apponebat. Patet id ex Pſalmis.

Gladius vocatur.

Sagitta;

Ignis, turbo, tempeſtas, grando, procella ſpiritus (venti)

Adeps frumenti, medulla olei, aut *vini ſanguis.*

Baculus panis, ſcipio, fulcrum, robur, firmamentum.

Pactum ſalis; quia ſervat a corruptione.

Cornu, quia cornutorum animalium robur eſt in cornu.

Vertex capitis, planta pedis, caput & cauda.

vocatur *onus*, id quod patet in principio prophetiæ.

Manus, ſtatuet caſulam ſuam ad manus illius, er wird ſeine Hütte beym Geſtade aufſchlagen.

Pingues, qui *adipem* concludunt, Unmenſchen.

Caput canis, pulex &c.

Funes, funiculi, v. g. funes mei ceciderunt mihi in præclaris: ich habe eine treffliche Erbſchaft erhalten.

Vaſa, vaſa mortis, vaſa belli, vaſa Pſalmi, Cantici.

Sæpe ab una *metaphora* ſtatim in eodem contextu transeunt ad aliam.

Chriſtus appellatur

Synagoga fidelis & infidelis

Diabolus

Cyrus comparatur

Sæpe a *metaphora* transeunt ſtatim ad *rem ſignificatam*

Lege caput Iſai. XI. 1. 2. & caput VII.

Sic a vaſtitate Babylonis, Hieroſolymæ, Samariæ,

A *figura* ad *figuratum*.

Sic & Chriſtus in lege nova

Propheta Nahum capite III. 4. & ſeq.

Joel capitibus primo & ſecundo

Iſaias capite XIV.

Ezechiel capite XXVIII.

Emphaſes per Synecdochen.

11.) Quod aliud ex alio intelligitur: v. g. *pars ex toto* & viciſſim. *Numerus* certus, plenus & rotundus ponitur *neglecto minore; genus pro ſpecie, tempus pro anno.* Vide exempla.

Non

nunc *oriens*, nunc *lapis* angularis, *petra. vinea*, *mulier*, *meretrix*, *fornicaria*, *adultra. Leviathan*, id eſt, Balæna, *vectis*, *draco. Luci*, *ſoli*, *avi*, *aquilæ.* Iſai. XLV. XLVI.

Tranſitur ibi a *flore* ad Chriſtum, a liberatione Achaz & Judæorum ad *partum* B. Virginis, ad ortum *Emmanuelis, ad liberationem* humani generis.

ad *excidium* orbis, ad *diem extremum* judicii.

ab *excidio Hieroſolymæ* ad *ſigna mundi interituri*, eodem contextu.

a *meretrice* ad urbem *Niniven.*

ab *erucis*, *locuſtis*, *bruchis* ad milites terram vaſtaturos.

a *caſu luciferi*, ad caſum Balthaſaris Reg. Babyl.

a Cherubino ad Regem Tyri.

11.) *Synecdoche*, numerus *certus pro incerto.* Dum Prophetæ prædicunt: *Philiſthæos*, *Arabes*, *Ægyptios*, *Moab*, *Ammon*, *Idumæos* &c. ſubigendos eſſe, ſignificare volunt: omnes *gentes* impias a Chriſto ſubactum iri, & *totum* mundum denique ad eum converſum iri.

Sic Numerorum XI. vocantur *ſeptuaginta* Seniores, Judicum IX. 18. *ſeptuaginta filii Jeroboal*, & tamen utrobique erant *duo & ſeptuaginta.*

Non amplius, non ultra, æternum, ſeculum, generatio generationis ſignificant ſæpe tantum *humanam æternitatem*, ſeu tam longum tempus, cujus finis humanam vitam excedit: über Mannsgedenken.

Petrus volebat dicere: nullo modo lavabis mihi pedes.

2. Reg. III. 28. A cæde tam impia toto cœlo abſum.

Totum pro parte.

Primus & tertius dies erant incompleti ubi dicitur

Caro, anima, ſanguis pro toto homine ponuntur

Caput pro toto homine, beſtia

Caput, eſt: *ſuper nos.* Præpoſuiſti nobis homines, ut hominem per hominem regeres.

Piſtori non eſt amputatum caput, ſed *ſuſpenſus eſt in cruce* & tamen dicitur

Proverb. XV. 22. & ex eo D. Paulus de homine miſericorde & benefico

Tempus pro anno.

Danielis VII. 25. deſcribitur duratio regni, vel potius tyrannidis Antichriſti venturi.

Species

Iſai. XXIII. 2. de *Tyro: non adjicies ultra, ut glorieris.*

Ezechiel. XXVI. 14. *Non ædificaberis ultra*; nam ædificata rurſum eſt *Tyrus*; poſtea rurſum vaſtata per Alexandrum.

1. Paralip. XV. 2., 1. Macchab. II. 54. habes exempla de voce *æternum.*

Joan. XIII. *Non lavabis mihi pedes in æternum.*

Mundus ſum in ſempiternum.

Chriſtus *tres dies* fuiſſe in ſepulcro.

Cor meum, & caro mea exultaverunt, id eſt, ego *totus.*

2. Reg. I. 16. *Super caput tuum*, ſuper te.

Iſai. XXXV. *Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum*, ſuper eos. *Caput canis*, *caput colubri*, *caput meum*; canis, coluber, egó.

Pſalmo LXV. 12. Poſuiſti homines ſuper capita noſtra.

Geneſis XL. 19. *Auferet Pharao caput tuum,* ſicut Germani dicunt: beym Kopf nehmen, es koſtet den Kopf, das Leben.

Carbones ignis congeres ſuper caput ejus, id eſt, fovebis, recreabis, totum hominem.

Tempus & tempora & dimidium temporis, id eſt, *tribus annis* cum *dimidio.*

Species pro genere.

Pro quovis peccato graviore

Pro quavis clade nominatiore

Pro quavis virtute

Materia denique pro re, ex qua confecta est.

Per metonymiam & patronymica.

12.) Continens pro contento

Subinde hæc vox: *peccatum*, notat

Vide Levit. Cap. XII. 6. XIV. 13. Rom. VIII. 3. 2. Cor. V. versu ult. idem senti de voce *caro*.

Patronymica, ita, ut *nomen figuræ* tribuatur *rei figuratæ*; & nomina *patrum* ac *progenitorum filiis & posteris*.

Subinde ob *morum similitudinem* tribuitur alterius *gentis nomen*, vel tanquam *proprium*.

13.) Nomina *allegorica*, *hieroglyphica*, *symbolica*, *ænigmatica* sub obscuris involucris sæpe grandes res tegunt & significant. Habes hæc & similia

In Ecclesiaste capite ultimo

Habes

Usurpantur, quæ hic subjicio.

Isai. I. 15. *Sanguis*, seu homicidium.

Pestis & gladius.

Justitia, aut *misericordia.*

2. Reg. VI. 5. *Ludere in omnibus lignis fabrefactis*, hebraice *abietum*, id est, *instrumentis musicis.*

12.) *Samaria* pro *Samaritis*; *templum* pro *Sacerdotibus.*

Culpam, pœnam; alias *culpæ effectum*, concupiscentiam; alias: *hostiam pro peccato*; alias: *immunditiam* duntaxat *legalem*, ut videre est in *Libro Levitic.* ubi *puerperium* & *lepra* vocantur *peccatum.*

Sic Ezechielis XXXIV. 23., & Oseæ III. 5. *Christus* vocatur *David*; *Israelitæ* vocantur *Israel*; *Idumæi* vocantur *Esau.*

Sic *Israelitæ impii* appellantur: *Chananæi*, *Semen Chanaan*, *Amorrhæi*, *Sodomitæ*, *Gomorrhæi*; ob flagitia scilicet simillima; *Judas* a Christo *diabolus*; quivis fortis, *Samson*; quivis sapiens, *Salomon*; quivis potens & opulentus, *Rex Assur.*

13.) Impia Hierosolyma Apocal. XI. 8. vocatur *Sodoma*, *Ægyptus*. Impia Roma ibidem capite XVIII. 2. vocatur *Babylon.* Idololatria vocatur *fornicatio*; idololatræ, *adulteri.*

Eccles. ultimo describitur senex effœtus, morti & judicio proximus, per cujus singula membra, per *allegoriam* descripta, senis *imbecillitas*, *timor*, *caligo*, *ciborum nausea*, *morbus*, *mors*, *luctus* graphice repræsentantur.

Habes in Jeremia

Habes in Daniele

Habes in Ezechiele.

Idem Ezechiel capite XVII

& capite XIX

& capite XXIII

14.) Adhibent certa nomina *appellativa*, ex penuria vocum ad centenas ſignificationes; quæ ex adjecto genitivo determinantur, ut tum primum eruas, quid ſibi velint.

Tales voces potiſſimum ſunt; maxime in ſcriptura hebræa, nonnunquam in latina Vulgata:

Vir,

Jeremias per *iram columbæ* & *gladium columbæ* designat Chaldæorum *furorem*, *crudelitatem*; nam hi in vexillo seu labaro columbam argenteam deauratis pennis conspicuam, quæ Semiramidem reginam repræsentabat, dum in bella procederent, militibus præferebant. Vid. Psalm. LXVII. 14.

Daniel capite IV. per *arborem* Nabuchodonosoris *imperium*; capite II. per *statuam* quadrifidam & capite VII. per *quatuor bestias* quatuor *monarchias*; capite VIII. per *hircum & arietem* Alexandrum & Darium significabat.

Ezechiel capite I. per *quatuor animalia & currum Cherubim* Dei *magnificentiam*, *potentiam*, *vindictam*; capite V. per *novaculam* radentem *pilos & barbam* CHALDÆOS, qui *plebem* & *principes* jugulaturi essent;

per pugnam *duarum aquilarum* repræsentat pugnam *Nabuchodonosoris* & *Pharaonis*;

per *leones* & *leunculos*, regnum & crudelitatem Joachaz, Joakim, Sedeciæ;

per meretricium Oollæ & Oolibæ idololatriam Samariæ & Jerusalem significabat.

14.) *Vir verborum*, i.e. orator, legatus, concionator.
belli - bellicosus, heros, audax.
consilii - consiliarius, prudens.
sanguinum - crudelis, homicida.

Vir,

Dominus,

Filius, *filia*,

Vox *filius* peculiari elegantia exprimit illas res, quæ ex alia educuntur vel extrahuntur, vel quæ copiam, abundantiam, pinguedinem notant.

Vox *filia* non minori elegantia multas res ſignificat, verbi gratia *urbes*, *pagos*, *ſagittas*, *aures*, *pupillam oculi* &c.

Rurſum *filia virgo*

Filia meretrix

Idem ſenti de voce *domus*.

15.) Sæpe vox *abſtracta* pro ipſo *concreto* in rebus magnis ſublimiter exprimendis uſurpatur; id eſt, nomen *ſubſtantivum* pro *adjectivo*; ſeu *forma rei* pro *re denominata*; id quod & elegantius fit, & vivacius percellit;

Verbo dicunt *virum labiorum, iræ, muneris, dolorum, nominis, virtutis, improbitatis, cordis, domus, nuncii, dexteræ.* Significatum ex antecedentibus facile colliges: v.g. *vir labiorum,* rabula, græculus, Schwätzer.

Dominus domus, pili, præstigiarum, fœderis, somniorum, verborum, urbis, loci, institutionis, debiti, inimicitiæ.

Filius superbiæ, iniquitatis, gehennæ, regni, pacis, mortis, prophetarum.

Sic Threnorum III. 13. *Grana frumenti* excussa, gedroschen, vocantur: *filii areæ. Pingues homines* vocantur *filii olei. Acetum* a Rabbinis vocatur *filius vini.*

Filia Sion; Jerusalem minor, jacens in valle; *filia maris*, urbs adjacens mari, v.g. *Tyrus*; *filia oculi, nigredinis*, pupilla; *filia cantici*, auris seu auditus; *filia carminis*, idem; *filia seculi*, senecula; *filia unius anni*, infans; *filia arcus*, sagitta.

vel quæsitæ ut *sponsæ*; vel urbes nunquam *captæ*; vel *opulentæ & ornatæ.*

urbs vel populus deflectens ad *Idololatriam.*

Domus vinctorum, carcer; *domus luctus*, sepulcrum; *domus vini*, vas, in quo reconditur; *domus digitorum*, chirotheca, Handschuh; *domus sagittæ*, pharetra, Köcher; *domus doctrinæ*, schola; *domus studii*, musæum.

15.) Abstracta pro concretis per figuram heterosin. V. caussa:

Circumcisio pro *judæo, præputium* pro *gentili, redemptio* pro *redemptore*, 1.Cor.I. 30. *dominationes* pro *dominantibus*, *virtutes & potestates* pro *iis,* qui

cellit; ſi quando Hiſtoricus, Poeta, Orator cum ſelectu hæc adhibet. Exemplo ſit Epigrammaticorum Princeps:

Mentitur qui te vitioſum Zoile dicit;
Non *vitioſus* homo es, Zoile, ſed *vitium*.

Et hæc *abſtracta* poſita pro *concretis* nunc *active* intelligi poſſunt, nunc *paſſive*. Attendendum ad *contextum* & nexum argumenti, quo de ſermo eſt.

16.) Sæpe *potentiam* vel *actum* ipſius potentiæ ponunt pro ipſo *objecto* ſeu pro *re*. Res exemplis e regione poſitis claret.

17.) Denique *ſubſtantivum geminatum* vel *excellentiam* in hac re (grammatici vocant ſuperlativum) ſignificat, ſi ita *nomen* geminetur, ut in diverſo caſu ponatur: exempli cauſſa:

Vel geminatum in eodem caſu *multitudinem* ſeu *univerſitatem* ſignificat.

Simili

qui potestate pollent, *visitationem* pro *visitatoribus*, *pacem* pro *pacificis*, Friedensstifter, *justitiam* pro *justissimis*, tanquam norma justitiæ.

Isai LX. 17. *Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos justitiam.*

1. Cor. I. 30. *Christus factus nobis justitia*, id est, *justificator*. Hem *active!*

2. Cor. V. versu ultimo: *Facti justitia in Christo*, id est, nos *justificati*. Hem *passive!*

16.) *Visio* pro *re ipsa*. Isai. I. 1. Daniel. VIII. 13. *Aspectus* pro *colore*, qui conspicitur, Levit. XIII. 10. *Auditus* pro *re audita*, Isai. LIII. 1. *Spes* pro *re sperata*, Prov. XIII. 12. *Timor* pro *re, quæ timetur*, Gen. XXXI. 42. 53. *Concupiscentia & desiderium* pro *re concupita*, Psal. CV. 14. & Psal. LXXVII. 29. *Deprecatio* pro *eo, quem deprecamur*, Eccli. XXXIV. 20. *Patientia* pro *re, quæ patienti* animo exspectatur, Jerem. XXIX. 11. *Ebrietas* pro *eo, quod inebriat*, Isai. V. 22. *Custodia* pro *re custodienda*, Habac. II. 1. Zachar. III. 7.

17.) *Sancta Sanctorum* pro *sanctissima*, *Canticum Canticorum* pro *præstantissimum*, *vanitas vanitatum* pro *vanissima res*. Id quod subin locum habet etiam in diversis substantivis, v. g. *vir virtutum*, id est, *fortissimus*.

Homo & homo natus est in ea, Psal. LXXXVI. id est, *copiosissimi*.

Generatio & generatio laudabit opera tua, Psalm. CXLIV. id est, *omnes*.

Populi populi, Joelis III. 14. id est, *omnes*.

Tribus tribus Domini, Psal. CXXI. id est, *omnes*.

Vir vir, id est, *quilibet*.

Jerem.

Simili ratione *univerſitatem* ſeu generalem *notionem* ſignificant, dum *genus femininum maſculino* ejusdem rei jungunt.

§. VII.

Idiotismi in adjectivis, Beywörtern.

De nomine adjectivo in genere.

Hebræi carent & *comparativo* & *ſuperlativo*; neceſſe itaque habent, ut diverſo a nobis Latinis ac Germanis modo ſenſa animi explicent, quibus rem cum re *comparent*; aut *aliud ſuper aliud* extollant & efferant. De his itaque breviter.

§. VIII.

Regulæ duæ.

Nota itaque 1.) adjectivum *in poſitivo* jam ſæpe plus dicere, quam *gradum poſitivum*; & latino loquendi modo reddi oportere vel per comparativum, vel per ſuperlativum, v. g.

2.) Certæ *voces* ſimpliciter poſitæ ſignificant ſuperlativum, ut in Pſalmis vox: *novus*, & in multis Scripturæ ſacræ locis vox: *omnis.*

§. IX.

Jerem. VII. 34. *Auferetur vox* SPONSI *&* *vox* SPONSÆ, id eſt, auferetur *omnis* nuptiarum apparatus.

Eccl. II. 8. ait Salomon: *Feci mihi* CANTATORES *&* CANTATRICES, i. e. *omnis* generis muſicos.

Iſai. III. 1. *Auferet* VALIDUM *&* VALIDAM, i. e. *omne validum.*

Oſeæ II. 1. *Dicite* FRATRIBUS *veſtris* *&* SORORIBUS, id eſt, *omnibus* Iſraelitis.

Ad §. de adjectivo.

1.) *Bonum* quia humiliaſti me, id eſt, melius eſt, quam ſi me non humiliaſſes.

Non eſt *bonum* ſumere panem filiorum, & mittere (projicere) canibus, id eſt, *peſſimum* eſt.

Bonum eſt confidere in Domino, quam in principibus, *melius, tutius, conſultius* eſt.

2.) *Cantate Domino Canticum* NOVUM, id eſt, *ſelectiſſimum*, & id ſæpius.

Deum time & mandata ejus obſerva; hoc eſt enim OMNIS *homo*, id eſt, is *perfectiſſimus* eſt.

Omnis plaga mulier nequam, id eſt, *maxima.*

Omnis plaga triſtitia, id eſt, *perniciosiſſima*; ſpiritus enim *triſtis* exſiccat oſſa, vitæ dies accidit.

Bonum

§. IX.

De comparativo in specie. Erste Vergleichungsstaffel.

Hoc quia Hebræi carent, ponunt *positivum*, & particulam, *quam*, in sequenti sententia; subinde ad *positivum* addunt præpositiones *super*, *præ*, *ab* &c.

Nonnunquam per verba & integras sententias comparativum exprimunt, ita, ut, quod præferunt, affirment; quod autem postponunt, negent.

§. X.

De superlativo. Zwote Vergleichungsstaffel.

De hoc exstant regulæ plurimæ, & modi elegantissimi ab Hebræis usurpati.

§. XI.

Modi varii undecim.

1.) Substantivum *abstractum*, verbi caussa: *benedictio*, *æquitas*, indicat *superlationem*, *excellentiam*.

2.) Per ipsas similitudines adjectas exprimunt superlativum.

3.) Per

BONUM *ſperare in Domino, quam*, i. e. melius.

Pſalm. CXVIII. ad *horam tertiam: bonum* mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti, id eſt, *melior* quam *aurum* &c.

Iſai. LXIII. 16. *Abraham neſcivit nos, & Iſrael* (Jacob) *ignoravit nos, tu Domine Pater noſter*, id eſt, Deus nos magis noſcit, quam nos *Abraham* & *Jacob* noverint.

Pſalm. XXI. *Ego autem vermis & non homo*, id eſt, *vermis potius, quam.*

Oſeæ VI. 6. *Miſericordiam volui & non ſacrificium*, id eſt, præ ſacrificio.

Paulus 1. Cor. III. 7. *Non ego, ſed gratia.*

1.) Pſalmo CXVIII. *ad tertiam: Cognovi Domine, quia æquitas judicia tua*, id eſt, judicia tua ſunt *æquiſſima, juſtiſſima.*

Ponunt Hebræi: *Diligunt te rectitudinibus*, id eſt, *rectiſſime*, auf das aufrichtigſte: *Benedictio* pro *benediſſimus*, & e contrario *maledictio.*

2.) Ibi dolores, ut parturientis, Pſalm. XLVII. id eſt, *maximi, penetrantiſſimi.*

3.) Per adjectivum cum præpositione *in* vel *inter*.

4.) Per adjectivum, quod regit substantivum in genitivo.

5.) Per adjectivum cum suffixo pronomine *ejus*, *eorum*,

6.) Per adjectivum in se duplicatum, Græci vocant *αναδιπλωσιν*, quasi diceres *geminatum*,

7.) Per certas *voces*, adjectivo, quod venit, in genitivo *appositas*.

8.) Per substantivum idem bis positum; aut substantivum se ipsum regens.

9.) Per adverbia geminata, aut adverbium, quod significat intensionem

10.) Nonnunquam per *verbum*, Zeitwort, intensivum, aut etiam *geminatum*

11.) Modus denique longe elegantissimus & in scriptura, maxime Psalmis, frequentissimus est, si addatur in genitivo vox: *Dei*.

Vox

3.) *Pulcra inter mulieres*; i.e. *pulcerrima.*
Benedicta in mulieribus; i.e. *felicissima.*
Dilecta, vel *electa* in millibus, *dilectissima.*

4.) *Parvus filiorum ejus*, id est, *minimus* natu.

5.) *a magno eorum*, id est, *a maximo.*

6.) *a rufo rufo isto*, id est, *apprime, valde rufo.*

7.) *Primogenitus tenuium, pauperum*, id est, *tenuissimus, pauperrimus.*
Primogenitus mortuorum, id est, *acerbissima morte* mortuus, Christus.
vel *luctus primogeniti*, id est, *acerbissimus*, quia nunquam major, quam si primogenitus inopina morte abripiatur.

8.) *Populi populi*, i. e. *plurimi, copiosissimi.*
Barbam Barbam Aaron, totam, densissimam.
Tribus tribus Domini, i. e. *omnes*, copiosissimæ.
Servus Servorum, id est, *vilissimus.*

9.) *Valde, valde*, id est, *validissime.*
Euge, euge, id est, *felicissime.*
Bonum valde, i. e. *optimum.*

10.) *Perpulcruisti*, i. e. *pulcerrima* fuisti.
Exultationes Dei, i. e. *exultatio summa.*

11.) *Mons Dei*, i. e. *mons altissimus.*
Sapor Domini, i.e. *sapor gravissimus, profundissimus.*
Flumen Dei, i. e. *flumen maximum, profundissimum.*
Civitas Dei, i. e. *civitas præstantissima.*
Flamma, ira, furor Dei, i. e. *ardentissima, gravissima* &c.

Vox *Deus*, *vel Dominus* dativo casu

Aut selecta substantiva ponendo pro eo, quod est in re aliqua *optimum*, *succosissimum*

Vel si ipsa vox Deus, aut Dominus ponatur in *nominativo*, & adjiciatur alia vox in genitivo, quæ exprimat prædicatum Dei.

Vel, si adjectivum, si substantivum *ter* ponatur.

SECTIO II.

§. XII.

Idiotismi in dictione, seu in particulis, Ausfüllungen.

Dictionem vocant Hebræi, quidquid neque ad *verba*, neque ad *nomina* pertinet, puta, *conjunctiones*, *præpositiones*, *adverbia*, *pronomina*, neque enim plures, quam tres orationis partes agnoscunt, scilicet *verbum*, quod semper est *radix*, Stammwort, ex quo reliqua *formantur*, derivantur, *nomen* & *dictionem*.

Particulæ *&*, *autem* nobis Latinis nauseam creant, si identidem recurrant, quasi duntaxat assumenta jejuni sermonis essent, ut apud Germanos, si in *loquendo* vel scribendo maxime versu

Benedicta esto Domino, i.e. *benedictissima.*
Luctationibus Dei, i.e. *gravissimis.*
Vescimini adipe terræ, i.e. *pinguissimis*, quæ terra gignit, profert, alit.
Dominus exercituum, i.e. *fortissimus.*

Terra, *terra*, *terra* audi sermonem Domini, *omnes*, *universa.*
Sanctus, *sanctus*, *sanctus*, i.e. *sanctissimus.*

§. XII.

De dictione.

Legis & miraris hebrææ, græcæ, syriacæ, chaldaicæ ignarus, quod Libri sacri incipiant a certis particulis: *&*, *autem*, *igitur*, *ergo*: id observas initio *Levitici*, *Numerorum*, *Josue*, II. III. IV. Libris *Regum*, II. *Paralipomenon*, II. *Esdræ*; in Libris: *Judith*, *Threnorum*, *Baruch*, *Ezechielis*, *Jonæ*; Libro I. *Macchabæorum*. Admiraris, & caussam, cur id fiat, nescis; sic ergo habeto: Scriptores hi contemplabantur animo *rem aliquam antegressam*; hoc ergo, quod viderunt animo, per has *particulas* conjungunt, dum scribere incipiunt, cum eo, quod per revelationem cognoverunt.

Si Matthæi caput primum legis, aut legi audis, ad singulos prope versiculos redit: *autem.*

Isaac AUTEM *genuit Jacob,*

versu, vel rythmo aqua hæreat, & hiatus implendus sit per voculas: auch, doch.

At longe secus apud Hebræos & Græcos res accidit; *elegantiæ* id est, *non vitii.*

Sit itaque *brevis animadversio*

§. XIII.

De conjunctionibus & particulis connectentibus, Bindwörtern. Modi IV.

1.) Particula *si*, & *nisi*, subinde admirantis est;

Subinde negantis;

Subinde nota jurantis.

Post verba *jurandi* oratio *affirmans* vertitur in *negantem* & *negans* in *affirmantem.*

Subinde idem, quod nobis latinis significat. Wenn, si non, wenn nicht.

Si interdum idem sonat, quod *an*, tanquam dubitantis in modum interrogetur.

Nisi

Jacob AUTEM *genuit Judam,*
Judas AUTEM &c.

In Evangelio Matthæi *Hebræo*, id eſt, *Syriaco*, nulla vocula ponitur, quæ ſignificet *autem* in hoc capite; occurrit vero in Evangelio græce ſcripto & exprimitur per voculam δε:

Ισαακ δε εγεννησε τον Ιακωβ
Ιακωβ δε εγεννησε τον Ιȣδαν
Ιȣδας δε &c.

Poetarum Græcorum princeps Homerus iſtud δε, *autem*, millies verſibus ſuis inſeruit, & non raro ſecundo quovis, aut tertio verſu hanc voculam adhibet.

De conjunctionibus.

1.) Judic. V. verſ. 8. *Si apparuerint*, id eſt, *non apparebunt.*

3. Reg. XVII. 1. *Si erit annis bis pluvia*, id eſt, *non erit*

Ibidem. Vivit Dominus, ſi erit pluvia: *juro, non erit*, non habear Deus *verax*, *ſi pluat.*

Pſalmo XCIV. Sicut juravi in ira mea, ſi introibunt, *non introibunt.*

Iſai. XIV. verſu 24. *Juravit Dominus, ſi non, ut putavi, ita erit.* Id eſt, *juravit*, quod, uti ipſe putavit, ita futurum ſit.

Chriſtus ſi non veniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent.

Lucæ XXII. 49. Petrus: *Si percutimus in gladio*, i.e. *an.*

Nisi est vocula *juramenti execratorii*, per aliquam reticentiam seu αποσιωπησιν, qua reverentiæ caussa erga divinum nomen reticent imprecationem.

2.) Particula & hebraice ו (*u va ve*) nunc est copulativa, nunc disjunctiva, loco: *vel*, *aut*. Nunc causalis *enim*, *quia*. Nunc adversativa, *sed*, *autem*. Nunc idem significat quod sequentes: *ut*, *sic*, *sicut*, *id est*, *etiamsi*, *tamen*, *ideo*, *præterea*, *ergo*, *quin etiam*, nonnunquam prorsus *redundat*.

3.) Particulæ: *Eoquod*, *quoniam*, *quia*, interdum idem valent, quod valet *etsi*, *quamvis*.

4.) *Ut*, *quia*, *propter quod*, *propterea* sæpe non tam *caussam*, quam *eventum* seu *consecutionem* significant; immo subinde tantum præcedentia cum sequentibus *connectunt*.

§. XIV.

De præpositionibus, Vorwörtern.

Modi IV.

1.) Præpositio *ad* sæpe idem valet, quod *de*. Sicut Latini, Græci, Germani, præpositionibus abundant; ita Hebræi egent. Hinc unica præpositio ב *be*, *ba*, *bi*, sive litera *beth*, nomi-

Isai. V. versu 9. *Nisi domus desertæ fuerint*, id est, *non habeat Deus, non habeat verax, nisi.*

2.) Ut facilius intelligas quid *&* hic & nunc significet, ad contextum & nexum antecedentium & consequentium attende. Attexere exempla de singulis longum foret. Meditanti & sapienti hæc regula suffecerit.

3.) Psalmo LXXVII. 19. *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto*, QUONIAM (QUAMVIS) *percussit petram &* (QUAMVIS) *fluxerunt aquæ.*
Isai. XII. 1. *Confitebor tibi Domine*, QUONIAM (etsi) *iratus es mihi.*
Jerem. VII. 10. *Liberati sumus* EOQUOD (etsi) *fecerimus abominationes.*

4.) Hebraice est כִּי *ki.* Rursus usurpa regulam generalem de considerando *contextu, subjecta materia.*

De præpositionibus.

1.) 2. Reg. III. 8. *Dominus locutus est* AD *David*, id est, *de* David.
Lucæ XIX. *Ait Jesus* AD *eum* (Zachæum), id est, *de* eo, *quia hodie salus domui huic facta est.*

 Hebr.

nominibus præfixa & adnexa varias interpretationes ſuſtinet: *ad, in, de, inter, cum* &c. colligendum ex nexu materiæ, quænam quadret.

2.) *Præpoſitio a* ſæpe ſumitur pro *præ*, nonnunquam pro *extra*. Nonnunquam *a* latinum, & *απο* græcum idem ſonat, quod: *apud, coram.*

3.) Præpoſitio latina *in*, *κατα* Græcorum, ב præfixa Hebræorum, fere omnium præpoſitionum aliarum ſignificationem aſſumunt.

Subinde *in*, ſuperfluum & redundans eſt.

Subinde ſumitur loco *pro*.

4.) Verba contactus *corporei*, vel *ſpiritualis*, (verbi gratia, viſio, quæ *rem viſam* intuitu ſuo quodammodo *contingit*) Hebræi conſtruunt cum præpoſitione ב beth, græci cum *εις*, *εν*, Vulgata noſtra per *in*.

§. XV.

Hebr. I. *Et* AD *Angelos quidem dicit, de* Angelis.
Hebr. IV. AD QUEM *nobis ſermo*, id eſt, *de* quo.

2.) *Deſcendit hic juſtificatus* AB *illo*: id eſt, præ illo.
Quid mihi eſt in cœlo, & A TE: *quid volui ſuper terram?* id eſt, *extra te,* ſi te non habuero, poſſedero.
Eccli. XLI. 21. *Erubeſcite* A *patre & matre,* id eſt, *apud* patrem, *coram* patre & matre.

3.) Expende caput *primum ad Epheſios*, & alias, quando D. Paulus ait: *in Chriſto,* vel *in Domino:* videbis nunc intelligi *per Chriſtum, in Chriſto, cum Chriſto, opitulante, operante Chriſto* &c.
Lucæ XXII. 49. ait Petrus: *Si percutimus in gladio,* hic *in* redundat, ut in latio *ſolæcum* oleat, quod in græco, vel ſyriaco *elegantiæ* eſt.
Geneſ. XLVIII. verſu ultimo: *Tuli* IN *gladio & arcu meo*, id eſt, *ope* gladii.
Sic Eccl. VI. 7. *Omnis labor hominis in ore ejus,* id eſt, *pro ore*, für das Maul, für Speis, Trank, für die Nahrung. Ex hoc intelligis, ſæpe planum eſſe ſenſum, quem putabas eſſe obſcurum.

4.) Iſaiæ capite ultimo verſu ultimo: *Videbimus* IN *lætitia veſtra*, i. e. lætitiam veſtram.
Videbunt, IN *quem transfixerunt*, id eſt, *quem.*

Talia

§. XV.

De adverbiis, Nebenwörtern.

Adverbia Hebræorum ſæpe a Latinis nec *ſatis perſpicue*, nec ſatis *proprie* redduntur, ita ut a Ciceronianis auribus nonnihil abhorreant. Factum id prudenter in reverentiam hebrææ & græcæ linguæ, ne Idiotismi harum linguarum cum linguæ neglectu intercidant.

Quam, ſi jungatur poſitivo, exprimit plus quam *poſitivum* gradum.

Singulariter idem ſonat, ac *tu duntaxat*, *ſolus*.

§. XVI.

De pronominibus variis, Fürwörtern.

Sæpe *ejus*, *ei*, *eorum*, *eis*, *ipſis* ita adjunguntur, ut in latina conſtructione redundarent, vel per *ſui*, *ſibi*, *ſe* reddenda eſſent hæc pronomina. Ab Idiotismo vel Hebræo vel Græco hæc loquendi ratio eſt.

§. XVII.

Talia adverbia ſunt:

usque quo, pro: *quamdiu*, *quousque*,
usquequaque, pro: *omnino*, *penitus*, *funditus*,
nimis, pro: *valde*, *vehementer*, *copioſe*,
non amplius, *non ultra*, pro: *diuturno*, *longo tempore*,
in æternum, pro: *nullo modo*, verbi gratia, Petrus: *Non lavabis mihi pedes* IN ÆTERNUM, id eſt, *nullo modo* concedam.

Quam dilecta tabernacula tua, id eſt, *dilectiſſima*, *deſideratiſſima*.

Quam honorificati ſunt ſervi tui, i. e. *honoratiſſimi*.

Pſalmo IV. *Quoniam tu Domine* SINGULARITER *in ſpe conſtituiſſe me*. Tu *unus*, & *nemo alius* me erigit.

Singulariter ſum ego, id eſt, *ſolus derelictus* ſum ab omnibus.

Centies id vel in ſolis Pſalmis deprehendes, quod pronomina vel *redundent*, vel per reciprocum *ſui* exponenda ſint.

De

§. XVII.

Tandem nonnulla de integris ſententiis,
von vollſtändigen Sätzen.

Præter jam dicta in præcedentibus paragraphis ſparſim de *verbis*, Zeitwörtern, quæ ſignificant non tam *actum*, quam *conatum*, *inchoationem*, *agendi officium*, actionem per verbum neutrum expreſſam &c.

Sciendum porro

§. XVIII.

Obſervationes (Anmerkungen) ſex.

Primo. Sacra ſcriptura perſæpe *allegorias* contexit integro, aut etiam pluribus capitibus, quæ ſi intelligas, ut jacent, te in errorem non vitio *ſuo*, ſed *tuo* inducunt.

Secun-

De constructione seu integris sententiis.

Sæpe negotium, & propemodum tædium in legenda Vulgata facessunt tibi, si legis:
Lucæ XIII. 25. *Incipietis foris stare*, pro: *stabitis.*
Apocal. III, 16. *Incipiam te evomere*, pro: *evomam.*
Joan. I. *Illuminat omnem hominem*; cum multi infideles sint, qui *illuminati* non videntur.
Agnus, qui tollit peccata mundi; cum *multi* in peccatis moriantur, & Christus ipse dicat: in peccato vestro moriemini.
Marc. ultimo: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit*; cum tamen fides & baptismus sine operibus non salvent adultos.
Rom. II. 4. *Benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*; dum interim multi de peccatis pœnitentiam non agunt.
Quid igitur faciam, *inquis*, si res sic se habet? *Respondeo* cum Christo: *Scrutamini scripturas*, diligenter lege, & relege hanc de Idiotismo dissertationem, ausim dicere, *explanationem.*

1.) In Prophetis, Isaia, Jeremia, Ezechiele &c. sæpe per *meretricem*, *fornicariam* nihil aliud intelligitur, quam populus Judaicus, Israeliticus vel civitas *vero Deo* infidelis, *ad idola*, ad cultum *plurium deorum deflectens.* Idololatria scilicet, quæ vocatur *delictum maximum*, possetne autem esse majus *in se* & *in effectis*? Quod scelus, quod flagitium non perpetratur, si a *vera religione* receditur? cogita *Salomonem senem* & sufficerit.

2.)

Secundo. Utitur hieroglyphicis, ſymbolis, ænigmatibus, & ſub his involucris res maximas, ſed longe *diverſas* tegit, & deſcribit.

Tertio. Scriptura loquitur frequentiſſime de *Deo* ac ſi loqueretur *de homine*; tribuit *Deo* tam *internas affectiones*, puta: *dolorem*, *iram*, *indignationem*, *furorem*, *pœnitentiam* &c. quam *membra externa*, *faciem*, *vultum*, *os*, *oculos*, *manus*, *pedes*. Rurſum *clamorem*, *vociferationem*, *gemitum*, *ſibilum*, *ſubſannationem*. Hæc eruditi vocant ανθρωποπαθως, id eſt, ac ſi *homo ita affectus* deſcribendus eſſet. Accommodat ſe nempe Deus (totus ſpiritus) nullis *permotionibus*, *immutationibus*, obnoxius, imbecillitati noſtræ, qui *caro & ſanguis* ſumus & *talpæ* ad *divina*, & ea, quæ ſunt *ſpiritus*.

Licet enim hi *affectus vere in Deo ſint*, ita ut vere amet *bonum & bonos*; vere oderit *malum* & *malos*, qua tales; tamen Deo hæc *non accidunt*, Deum non *alterant* vel *immutant*, id eſt, non *vitioſum*, non *turbidum*, non *extra rationem poſitum* reddunt.

Quarto. Per μιμησιν ſeu *imitationem* inſpergit & citat fabulas, a poetis confictas; non quod ſacri Scriptores fabulas probent, ſed quod modo, quo vulgus uti ſolet, ſeſe accommodent.

Et ſubinde narrat fabulas ab illis hominibus excogitatas, qui tum vivebant, vel quorum vitam, mores, dicta narrat.

Quinto.

2.) Vide ſuperius dicta: *paragrapho ſecundo idiotism. conſiſtent. in nominibus*, numero 13. *nomina allegorica, hieroglyphica.*

3.) In phraſi hebræa hæc longe ſublimius exprimuntur, quam in ullo aut *Homero* & *Pindaro*; aut *Virgilio* & *Horatio.* Crede ſcienti & experto.

Nullus Enthuſiaſtes anglus tam ſublime volat, quam phraſis hebræa, juxta quam *Deus* non tam *tonat*, quam in nubibus *equitat*, non *iraſcitur*, ſed *naſum protrahit*: non tam *ferit*, quam *halitu* & *ſpiritu* oris ſui *peſtem efflat, ignem accendit, orbem enecat*; *potentia* tanquam virga *orientem & occidentem caſtigat*; *nutu* axes cœli diffringit. Vere adorant dominationes & tremunt poteſtates ad *nutum*, ad *nictum* oculi, ad *palpebram* irati Dei.

His ſimilia, plus quam ſexcenta, leges in fonte hebraico, vel in eruditiſſimo *Guarino*, qui tribus libris ſublimitatem ſcripturæ longe ſublimius, quam Longinus, περι τȣ ὑψȣς, quoad poteſt homo, expreſſit.

4.) Sic Judith XVI. 8. legis *fabulam Titanum*, gigantum, Jobi XXI. 33. legis *glaream cocyti*, Jobi XLII. 14. legis *cornu amaltheæ*, ut habent ſeptuaginta, ſeu noctem *orci filiam*, Sap. XV. 13. Iſai. XXXIV. 14. legis fabulam Centaurorum, Amos V. verſu 8. legis de Arcturo & de Orione.

Vides hoc in libro Judicum fieri, ubi fabula de arbuſtis & arboribus, uti & de olea, de vite, de rhamno graphice exprimunt, quas

Quinto. In *Psalmis*; in *Cantico Canticorum*; in *Prophetis* sæpe latet vicissitudo duorum vel trium inter se loquentium, Græci vocant Διαλογον; qui dialogus, si bene consideretur, magnum lumen affundit ad verum sensum textus eruendum. Vide in meo opusculo quod nuper edidi, cui titulus: *Nova methodus Psalmos* &c. Psalmos XLIV. & CIX. prior incipit: *Eructavit cor meum verbum bonum, pag.* 192. posterior: *Dixit Dominus Domino meo, pag.* 75. Fastidii abunde fuisset, si semper adderentur hæ voces: *dicit, inquit, ajebat* &c. sicut Germani nonnulli rudes in loquendo βαττολογιαν ad nauseam repetunt: sagt er, hat er gesagt.

Sexto. Expertus sum, ad intelligendam scripturam plurimum conferre, ut, qui Vulgatam latinam legit, statim id ipsum lingua *vernacula* legat, Italus italica; Germanus germana; quisque sua; nam linguæ latinæ studiosis sæpe accidit, ut de obviis vocibus latinis erroneam ideam vel notionem combiberint a primo puero, &, quia nunquam indagant, in errore suo roborantur.

Exper-

tragœdias in orbe *ſuperbia*, & *ſeditio* excitent; nempe inordinatus appetitus *excellendi*.

5.) *In capite primo Cantici Canticorum* mutuæ Laudes *Sponſi* & *Sponſæ*, *Chriſti* & *animæ*, hoc diſſimulato dialogo exprimuntur; idem fit in II. III. IV. VII. capitibus. In V. VI. & ultimo hic dialogicus ſermo inter plures eſt, nempe *ſponſum*, *ſponſam*, & *filias Hieroſolymitanas*, quæ, ſicut in priſtinis comœdiis & tragœdiis interloquebatur chorus *ſenum & mulierum*, ita hic *nunc ſponſam* laudant & admirantur; *nunc ſponſum*. Quanta concinnitate id fiat, norunt, qui vel *Virgilii* Eclogas; vel *Horatii* Sermones ſatyricos probe intelligunt. Conſule Serm. IX. *de Garrulo*.

6.) Ex neglecta hac obſervatione fit, ut concionatores latinum male, quia falſo, reddant. V. c. legit non nemo: *altilia* occiſa ſunt, confundit hanc vocem *altile*, cum voce *ales*, *alitis*, & reddit: das Geflügel iſt abgeſtochen; cum oporteret: das Gemäſtete, was in der Maſtung ſtund, das beſte, das fetteſte. Ad *turbam* & *gentiles* ait Chriſtus aliquot diebus ante, quam moreretur: *adhuc modicum lumen eſt in vobis*. Quid concionator juvenis? vertit in reprehenſionem Apoſtolorum, & ait: Habt ihr auch noch ſo wenig Licht? ſeyd auch ihr noch nicht genug beleuchtet, unterwieſen? vox *modicum* decepit; debebat reddere: das Licht (Chriſtus) iſt itzt noch eine

Expertus ſum *abſciſſos textus* non ex ipſo ſancto Libro peti, ſed ex aliquo auctore, aſceta deſumi ſed male; quia ſturnus ſturnum ſequitur, & uno errante multi incurioſi, & audaculi falluntur; quia verba ipſius Vulgatæ *ſuis oculis* non conſulunt; quam probroſo non raro cum offendiculo doctorum hominum, qui adſunt; & eorum, qui latinum neſciunt, ſed domi ſuæ evangelia & epiſtolas *germanice* legunt.

Expertus ſum, niſi *vernacula* diligenter conſulatur, ne caſum quidem, & quod conſequens, nec ſenſum verum ſciri.

Exiſtimo, operæ pretium fore, ſi nonnulla habeatur *ratio temporis, & aliorum adjunctorum,* in quibus vel quo tempore hæc a Chriſto dicta; ab Evangeliſtis narrata; a Paulo vel aliis ſcripta ſint. Nec enim credendum eſt, hæc

kurze Zeit bey euch. De inſtante enim morte loquebatur Servator; hinc alibi: MODICUM & *non videbitis me.*

Quoties audis illud Pauli: *impendam*, & *ſuperimpendar pro animabus veſtris.* Ich will alles aufwenden, ſogar mich ſelbſt; das Meinige und mich für euer Heil. Quid iſti? *impendar* & *ſuperimpendar.* Atqui in Vulgata eſt *impendam*; in græco activum *δαπανησω.* Hæc deſidiæ merces eſt!

Sic inepte ille: qui hæc verba: *Ego ſum vitis; vos palmites.* Ich bin der Rebſtock, und ihr seyd die Palmzweige. Quid viti cum *palma? palmes* & *palma* diverſa ſunt.

Sive enim vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. Quid temere audax, qui ex ſcholis emergit in ſacram exedram, præſidens Rhetor! Wir leben nun, oder ſterben, ſind und bleiben wir Herren, pro eo, ut diceret: **gehören wir dem HErrn zu.** Τȣ *κυριȣ εσμεν.*

Suſcitare filios Abrahæ, **Kinder Abrahams erwecken**; atqui *τῳ* Abraham *dativus* eſt; Gott kann dem gläubigen Abraham auch aus Steinen Kinder verſchaffen.

Inimici frameæ defecerunt in finem. Verbum *defecerunt* inducit legentem juvenem, ut nominandi caſum in plurali putet.

Hæc initia, IN ILLO TEMPORE, perraro in ipſo contextu Evangelii invenies. Adjecit Eccleſia & monuit: *Scrutare ſcripturam*; nota *tempus*, quo hæc *protulit*, *fecit* Chriſtus; nota *adjuncta*, in quibus v. g. ſanatus paralyticus;

 exci-

hæc verba *initio Evangelii* fruſtra & ſine cauſſa ab Eccleſia adjecta eſſe: *in illo tempore.* Videtur voluiſſe, ut indagemus in tempus, quo hæc dicta, vel geſta a Chriſto ſint.

Expertus ſum exiguam rationem haberi *vocum ſynonimarum* (ſi tamen ſynonimæ ſunt), quaſi ſcriptura, quæ verbum *otioſum* prohibet, & puniendum docet, vocibus caſſis, ut profani ſcriptores, legentium aures ſuſpendat, & fallat. Non eſt profecto ita, non eſt.

§. XIX.

excitata filia Jairi; filius viduæ Naimiticæ; reprehenſi Scribæ & Phariſæi &c. Si legantur evangelia *ordinate*, ſi *antecedentia* cum *conſequentibus* conferantur; cum quanto ſucco leges; cum quanto proventu, & quanta ubertate dices?

Nihil commemoro de iis, quæ rarius citantur, verbi cauſſa quando ſermo eſt de impudenti & ſacrilega rapina Ophni & Phinees, ubi de *cacabo, olla, lebete, caldaria* ſermo eſt, quæ certe reapſe coci pro ſynonimis non habent; ſed integræ ſententiæ ſæpe non diſtinguuntur; ut illa Pauli: *aporiamur, ſed non deſtituimur*. Lege germanicum.

§. XIX.

Epilogus, Schlußrede.

Inter ſubſidia ad cognitionem Verbi divini ſcripti opportuna, præter meditationem & modeſtiam animi (humilitatem vocamus), facile præſtantiſſimum eſt cognitio mediocris earum linguarum, quibus *fons ipſe* conſcriptus eſt.


Teſtamentum *vetus hebræo* potiſſimum *idiomate*; nonnulla capita in Daniele, Esdra; nonnulli verſiculi in prophetis *chaldæo*; *novum* autem, quod Matthæum attinet, *ſyriaco*; quod reliquos libros, *græco* ſermone confectum eſt, id quod produnt Idiotiſmi utriusque linguæ quamplurimi. Ex quorum cognitione multa deteges, quæ *latinum* duntaxat lectorem percellunt, nec magnopere alliciunt.

Sed ut de Syriaco nihil commemorem, o quam pauci Græcum norunt! Interim ſi ſurgerent ex cineribus ſuis *Plato*, *Ariſtoteles*, *Homerus*, *Sophocles*, *Pindarus*, nemo horum græcum nobis Evangelium, Epiſtolas Pauli, & aliorum, Joannis Apocalypſin explicando foret, tum ob myſteriorem ſublimitatem, tum ob eruditionem gentis hebrææ Græcis incognitam, tum ob phraſin *ſyriacam*, ſingulis libris & Epiſtolis liberaliter inſperſam; nam etſi Evangeliſtæ & reliqui ſcriptores ἁγιογράφοι græce ſcripſerint; tamen ubivis *Hebraismum*, aut *Syriasmum* redolent, id quod divina prorſus providentia factum puto, ut, dum ſub hac ſacra obſcuritate res eximiæ teguntur, ingenia Deo

Deo plena, & rerum divinarum ſtudioſa vel ex admonitu, vel ex præcepto Chriſti *ſcrutari ſcripturas* adlaborarent, & a vanæ eruditionis oſtentatione ad veram JEſu Chriſti gloriam indagandam, proferendamque transferrentur; ut vere cum Pſalmiſta exclamare poſſint: *narrarunt mihi iniqui fabulationes ſuas* (* *doctas fabulas*, ut Paulus deplorat, *ſecuti*) *ſed non, ut lex tua, Domine*, illuſtrant, afficiunt, ſatiant.

---

* Id eſt, *ſtultas*, *futiles*, quas edocti ſunt.





LIBER SECUNDUS.

EXEMPLA IDIOTISMORUM EX PSALMIS.

SECTIO III.

§. XX.

Discrimen inter Vulgatæ & hebræam lectionem, per exempla ex primis viginti Psalmis, sæpius recitandis, petita.

Ex Psalmo I. *Beatus vir, qui non.*

Vulgata.	*Versus.*	*Hebræa ad verbum.*
Beatus vir	1	Beatitudines viri, herois.
Non abiit		non ambulavit.
In cathedra pestilentiæ.		in consessu *derisorum, illusorum.*
Sed	2	quin immo.
Quæcunque faciet, prosperabuntur.	3	- - prosperare faciet.
Non sic impii, non sic; sed.	4	quin immo - sicut gluma.
Quem projicit ventus		dispellet eam ventus, zerstreuen.

Vox *impii* quater in Psalmo primo ponitur: qui Psalmus est & præfatio in *Libros laudum* (sic enim Hebræi vocant *Librum Psalmorum*) & compendio legis: *Declina a malo* &c.

lo &c. *Ter* ad tres gradus peccantium ſignificandos ; *ſemel* ad pœnam innuendam : *iter impiorum peribit*, totius vitæ curſus.

Ex Pſalmo II. *Quare fremuerunt?*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Tunc loquetur ad eos in ira & in furore ſuo	5	- - in *naſo* ſuo.

In ira ſua nunc; in furore tunc; in tempore & æternitate. Nunc: vel *tacendo*: intellectum cœcitate; voluntatem duritie; vel *immittendo* pro honore ignominiam; pro divitiis egeſtatem; pro deliciis dolores, morbos. Tunc: diſcedite maledicti per ſententiam; in ignem per ſupplicium æternum, per deſperationem.

Cum exarſerit in brevi ira ejus.	13	ſi vel *paululum* iraſcatur Deus, periiſtis.

Ex Pſalmo III. *Domine quid multiplicati?*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Suſceptor meus	4	clypeus meus.
De monte ſancto ſuo	5	ſanctitatis ſuæ.
Dominus ſuſcepit me	6	fulciet me.
Adverſantes mihi	8	additur: in *maxilla*.

Ter occurrit *Selah*, id eſt, *Pauſa*, meditandi ſpatium.

Ex

Ex Pſalmo IV. *Cum invocarem.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Cum invocarem	1	in invocando me.
Filii hominum, usquequo gravi corde ?	2	filii *viri* usquequo? gloriam meam in ignominiam ?
Mirificavit	3	ſegregavit.
* Sanctum ſuum		pium, miſericordem ſibi.
Iraſcimini	4	contremiſcite.
Compungimini		tacete, ſelah.
In idipſum dormiam	8	pariter accubabo.
Singulariter in ſpe conſtituiſti me	9	ſolus ** in fiducia habitare facies me.

Ex Pſalmo V. *Verba mea auribus.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Clamorem meum	1	meditationem meam.
Mane aſtabo tibi	4	mane diſponam (præparabo) tibi, ſcilicet orationem.
Injuſti	5	veſani.
Virum ſanguinum & doloſum	6	virum doli.

Ado-

* חסד *Chaſid* in Vulgata redditur *ſanctus*; reapſe ſignificat *miſericordem*. Sed nunquid hi vere *ſancti* ſunt? qui propter Deum opera pietatis & miſericordiæ hominibus exhibent? nunquid Chriſtus dicet: *Venite Benedicti - - eſurivi enim, & dediſtis mihi.*

** Tantum Deus, ſolus Deus roborat ſuos.

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Adorabo	7	incurvabo me (nota ſitum corporis).
In ore eorum veritas	9	rectum.
Cor eorum vanum eſt		intimum eorum pravitates.
Judica illos Deus	10	deſola, additur: *cadant a conſiliis ſuis.*
Scuto voluntatis tuæ coronaſti nos	12	ut ſcuto, voluntate, coronabis eum.

Ex Pſalmo VI. *Domine ne in furore.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Ne in furore tuo	1	in *naſo tuo*, neque in excandeſcentia tua.
In inferno	5	in ſepulcro.
Lavabo	6	natare faciam (ob copiam lacrymarum).
Turbatus eſt a furore	7	eroſus eſt præ indignatione.
Valde velociter	10	ſubito.

Ex Pſalmo VII. *Domine Deus meus.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Ut leo animam meam	2	additur: *lacerans.*
Si reddidi retribuentibus mihi	4	ſi retribui *pacifico* meo malum.
Decidam merito ab inimicis meis inanis		& erui anguſtiatorem meum inaniter.

Vitam

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Vitam meam	5	vitas meas.
Exurge Domine in ira tua.	6	in naſo tuo.
Exaltare in finibus inimicorum		eleva te propter indignationem inimicorum.
In altum regredere	7	in altitudinem (ſolium judicii) revertere.
Secundum innocentiam meam	8	ſecundum perfectionem meam.
Conſumetur nequitia peccatorum.	9	conſumet *nunc* malum impios.
Juſtum adjutorium meum a Domino.	10	clypeus meus in & a Deo.
Vaſa mortis	13	vaſa mortis, (tela ferentia mortem).
Sagittas ſuas ardentibus effecit		in ardentes (cupiditatibus) operabitur, vibrabit.
Peperit iniquitatem	14	peperit mendacium.
Lacum aperuit	15	ciſternam fodit, excidit, eine breite tieſe Grube.
Iniquitas ejus deſcendet	16	violentia ejus.

Ex Pſalmo VIII. *Domine Dominus noſter.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Admirabile	1	illuſtre, ſplendidum.
Perfeciſti laudem	2	fundaſti fortitudinem.

Quid

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Quid eſt homo, quod	4	quid *enoſch*, ſive miſer & vilis homo (terræ filius).
Minuiſti eum paulo minus	5	deficere facies eum paululum * a Deo, id eſt, ab Angelis.
Conſtituiſti eum	6	dominari facies eum in operibus.

NB. Iisdem verbis hic Pſalmus finitur, quibus incipit.

Ex Pſalmo IX. *Confitebor tibi Domine.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Confitebor tibi	1	celebrabo Dominum.
Infirmabuntur	3	impingent.
Inimici defecerunt frameæ **.	6	conſummatæ, finitæ ſunt ſolitudines, o inimice!
Memoria eorum cum ſonitu		memoria eorum *cum ipſis.*
In judicio thronum ſuum	7	ad judicium (exercendum) thronum ſuum.
In juſtitia	8	in rectitudinibus.

Refu-

* *Meelohim* ab Angelis. Elohim enim in plurali ſæpe pro Angelis, immo etiam pro *hominibus*, Dei vices gerentibus, & auctoritate præditis, ſumitur.

** Die Waffen, die Lanze des Feindes, ſind unthätig und ſtumpf geworden.

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Refugium pauperi	9	exaltatio tenui vel pauperi.
In opportunitatibus		tempore opportuno.
Studia ejus	11	opera, (ſtudioſitatem Dei, ut ita loquar).
Sanguinem eorum	12	ſanguines pauperum, ſcilicet, preſſorum injuſte.
Humilitatem meam de inimicis meis	13	afflictionem meam ab odio habentibus me.
Infixæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt	15	demerſæ ſunt in foveam, quam fecerunt.
Comprehenſus eſt peccator	16	illaqueatus eſt impius. Additur : *meditatio, ſelah*, id eſt, o pie ! meditare hæc ; tu quoque impie !
Convertantur peccatores in infernum	17	revertantur impii ad ſepulcrum.
In finem	18	in perpetuum.
Conſtitue Domine legislatorem ſuper eos	20	pone Domine * *timorem* eis.
Sciant gentes, quoniam homines ſunt		quoniam miſeri mortales ipſi. Additur *Selah*, id eſt, *Pauſa*.

Ex

* *Timor* Domini legislator fortiſſimus. Hæc herba : *Timor Domini*, & a peccato præſervat ; & poſt peccatum ſanat ; ſi eſt *talis*, qualem eſſe oportet.

Ex Pſalmo IX. *Ut quid Domine.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Receſſiſti longe	22	ſtabis e longinquo.
Deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?		abſcondesne te ad tempora opportuna in anguſtia?
Dum ſuperbit impius, incenditur pauper	23	In ſuperbia impius perſequetur afflictum.
Comprehenduntur		capiantur in conſiliis ſuis.
Laudatur peccator	24	laudavit *ſe* improbus.
Secundum multitudinem iræ ſuæ non quæret	25	ſecundum faſtum *naſi ſui* non quæret Deum; (nec Deus erit illi Deus).
Inquinatæ ſunt viæ illius	26	proſperabuntur viæ ejus, ſed & *dolore* afficient eum.
Auferuntur judicia tua		altitudo, judicia tua (id eſt, tam alta ſunt, ut impius non cernat).
Omnium inimicorum ſuorum dominabitur		omnes hoſtes ſuos flatu ſe perimere poſſe, falſo opinabitur impius.
Sine malo	27	* non in malo, id eſt, *non eveniet mihi ullum malum.*

In

* Hic ſermo eſt vel fingitur ab improbis.

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
In inſidiis	29	In inſidiis villarum, die Schlechten und Unſchuldigen auszuſaugen.
Oculi ejus in pauperem reſpiciunt	30	oculi ejus ad pauperem abſcondent ſe.
Dum attrahit eum		in rete ſuum.
Humiliabit eum, inclinabit ſe, & cadet	31	Attritum & humilem ſe ſimulabit, & cadet in robuſta ejus, wird ſich verdemüthigen, niederhocken, bis er deſſen Habſchaft erhaſchet,
Ne videat in finem	32	non vidit in æternum, Gott ſieht mich nicht.
Non requiret	34	non requires, Gott achtet deſſen nicht. *
Vides	35	certe videt Deus.
Quæretur peccatum illius & non invenietur	36	quæres impietatem ejus, qui dixit: *non invenies Deus.*
Deſiderium pauperum	38	deſiderium manſuetorum.
Ut non apponat ultro magnificare ſe homo	39	ne addat ultra (talis impius) ut conterat hominem miſerum, calamitoſum.

Ex

* Usque ad hunc verſum proſopopæja eſt impii.

Ex Psalmo X. *In Domino confido.*

Vulgata.	*Vers.*	*Hebræa ad verbum.*
Quoniam, quæ perfecisti, destruxerunt.	3	quoniam fundamenta sive retia eorum (impiorum) destruentur. Ihre Betrüge, auf die sie baueten, werden zernichtet.
Palpebræ ejus interrogant filios hominum	4	palpebræ ejus probabunt, periclitabuntur, werden ihn zur Rede stellen.
Spiritus procellarum, pars calicis eorum.	6	spiritus terrorum.
Æquitatem vidit vultus ejus	7	rectum videbunt facies ejus.

Ex Psalmo XI. *Salvum me fac.*

Vulgata.	*Vers.*	*Hebræa ad verbum.*
Defecit sanctus	1	defecit pius, misericors *.
Diminutæ sunt veritates		defecerunt fideles, die Redlichen, Aufrichtigen, Getreuen.
Vana locuti sunt Labia dolosa	2	mendacium, *schave*. labia blanditiarum.

Lin-

* Hoc proprie significat *Chasid* in Psalmis, quando sermo est de *homine*; si de loco, verbi gratia: de cœlo, de monte, de templo sermo est, adhibetur, *kadosch*, *sanctitas*, id est, *sacratum Deo*, id, quod alias notavi.

Vulgata.	*Verf.*	*Hebræa ad verbum.*
Linguam noftram magnificabimus	4	linguam noftram roboremus.
Propter miferiam	5	propter vaftitatem, calamitatem.
Ponam in falutari		ponam eum in falute, Sicherheit. Tuebor ab eo, qui deridendo fufflat in eum.
Probatum terræ, purgatum fepties	6	purgatum a *Domino* terræ, id eft, *igne*, defœcatum (ignis enim domat, & fubigit, quidquid immundum eft).
Multiplicafti filios hominum	8	cum exaltant fe ipfi (abutendo tua providentia) vilitas ipfis eft.

Ex Pfalmo XII. *Usque quo Domine.*

Vulgata.	*Verf.*	*Hebræa ad verbum.*
Cum motus fuero	5	*cum nutavero.*

Ex Pfalmo XIII. *Dixit infipiens.*

Vulgata.	*Verf.*	*Hebræa ad verbum.*
Dixit infipiens	1	dixit *nebulo*, * *ftultus.*
Simul inutiles facti funt.	3	pariter *rancidi* facti funt.

Qui

* *Nabal.* נבל

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Qui devorant plebem meam	4	comedentes populum meum, ceu comederent panem.
Trepidaverunt timore	5	timuerunt timore *.

Ex Pſalmo XIV. *Domine quis habitabit?*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Quis habitabit	1	quis dum peregrinatur (Wanderer).
Sine macula	2	ambulans perfecte.
Ad nihilum - in conſpectu ejus malignus	4	contemptus in oculis (pii) improbus eſt; nihili ducit eum.

Ex Pſalmo XV. *Conſerva me Domine.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Dixi Domino	2	Dixiſti (nempe anima mea) Domino.
Bonorum meorum non eges	-	non, niſi a te ſunt bona; *hinc non eges, cum tu ipſe des.*
Mirificavit	3	mirifice *fecit* in me Deus, ut homines ſanctos & glorioſos magni facerem.
Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt	4	antea & *Idola* multa & cum his *dolores* multos habuerunt, nunc converſi ad te toto corde currunt.

* Omnia tuta timent ſcelerati.

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Nec memor ero nominum eorum.		poſtquam converſi ad te ſunt, non diſtinguam *Hebræos*, a *Gentibus*, a *Græcis*, & *alienigenis*.
Reſtitues hæreditatem meam	5	tu ſuſtentas ſortem (Erbſchaft) meam.
In præclaris	6	hæreditas mea ſpecioſa, excellens eſt,
Increpuerunt	7	erudierunt me renes mei *.
Providebam Dominum	8	poſui Deum, habui ante oculos mentis meæ.
Non dabis *ſanctum* tuum	10	*miſericordem* tuum.

Ex Pſalmo XVI. *Exaudi Domine juſtitiam.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræ ad verbum.*
Igne me examinaſti	3	conflaſti me (ſicut aurum) non invenies iniquitatem.
Vias duras	4	vias *effractoris*, *latronis*, ſive latebras.
Mirifica miſericordias	7	ſegrega, behalt mir deine Barmherzigkeit.

Ut

* Digniora deſideria fovi, ad te nempe, o Deus!

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Ut pupillam oculi	8	ut *nigredinem filiæ* oculi (was ſich in dem Augapfel bildet) *.
Ab impio, frameam tuam	13	ab impio homine, vel mundo, qui tibi pro *framea* ſervit, als Werkzeug, Lanze, Spies.
Diviſerunt reliquias ſuas parvulis	14	reſiduum peculium, quod repoſuerunt, Verlaſſenſchaft, liberis ſuis.
Cum apparuerit gloria tua	15	Cum ego, ad *imaginem tuam* creatus, reſurrexero (in vita nempe altera).

Ex Pſalmo XVII. *Diligam te Domine.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Fortitudo mea, firmamentum, refugium,	1	petra mea, & arx mea.
Adjutor meus	2	ſcutum meum.
Dolores mortis & torrentes impietatis	4	funes mortis ** torrentes belijal, ſtromweiſe, wie ein reißendes Bergwaſſer.

* Fortaſſe vocatur *pupilla*, quia tota imago, ſed parva, inſtar *pupi*, apparet in pupilla.

** Ubivis intellige graviſſima, periculoſiſſima, Todesängſte.

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Dolores inferni	5	funes inferni.
Aſcendit fumus in ira ejus	8	in *naſo* ejus.
Aſcendit ſuper Cherubim	10	equitavit ſuper Cherub.
Diſſipavit eos	14	& contritos diffregit, disperſit.
Ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ	15	propter flatum venti, naſi tui.
Factus eſt Dominus protector meus	18	& fuit Dominus in fulcrum mihi, Gott war meine Stütze.
Cum ſancto ſanctus eris	25	Cum miſericorde miſericors eris.
Et cum perverſo, perverteris	26	cum perverſo * perverſum reddes te; id eſt, videberis impio durus &c.
Quis Deus præter Deum?	31	Quis *petra* præter Deum?
Poſuiſti, ut arcum æreum, brachia mea	34	conteritur arcus æreus brachiis meis; nempe tantopere roboras me.
Non ſunt infirmata veſtigia mea	36	& non nutarunt crura mea, vel pedes mei.

Sup-

* In judicio extremo erit Deus ſeverus, ſtreng, genau, unerbittlich.

Vulgat.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Supplantaſti inſurgentes in me ſubtus me	39	*incurvabis* obſiſtentes mihi ſubtus me.
Et inimicos meos dediſti mihi dorſum	40	inimicorum meorum dediſti mihi cervicem; ich war deren Meiſter geworden.
Ut lutum platearum delebo eos	42	- - evacuabo eos *.
In auditu auris	44	ad auditum, ad nutum.
Filii alieni mentiti ſunt mihi	45	extranei *ſervient* mihi, qui more ſervorum mentientur.
Chriſto ſuo David	50	unſto ſuo.

Ex Pſalmo XVIII. *Cœli enarrant.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Dies diei eructat verbum	2	ſermonem, id eſt, in ſingulos dies nova eſt materia admirandi opera Dei.
Exivit ſonus eorum	4	*linea* eorum, in omnem terram diffundit ſe (verbi gratia) directio radiorum, a ſole, luna, ſtellis &c. ſed & gratia Dei.

* Man achtet der Gottloſen ſo wenig, als des Gaſſenkothes.

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
In ſole poſuit	5	ſoli poſuit tabernaculum in cœlis.
Ut gigas	6	tanquam potens, qui nunquam fatigetur in itinere.
Qui ſe abſcondat	7	& non latens; id eſt, ad omnes inviſit ſol, percurrens ſtatos gradus zodiaci &c.
Sapientiam præſtans parvulis	8	* ſapientem efficit ſimplicem, Hebr. *Peti*, parvulum in oculis ſuis, unde etiam parvulus gallice: *Petit.*
Juſtitiæ Domini rectæ	9	judicia, mandata Dei, *veritas*, id eſt, veriſſima, rectiſſima, *abſtractum pro ſuperlativo.*
Juſtificata in ſemetipſis	10	juſtificata ſunt *pariter*, id eſt, unum æque ſanctum atque alterum, *omnia & ſingula.*
Etenim ſervus tuus cuſtodit	12	etiam ſervus tuus illuſtratur in, *vel* ab eis, *per* ea.

Et

* Lex Domini multo efficacior, præſtantior quam ſol, ſtellæ &c.

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Et ab alienis parce	13	ab inſolentibus (hominibus & criminibus.)
Si mei dominati non fuerint	14	ne dominentur in me, id eſt, mihi.
A delicto maximo		a prævaricatione *multa.*
Erunt ut complaceant.	15	erunt ad voluntatem.
Domine, adjutor meus.	16	Domine, *Petra* mea.

Ex Pſalmo XIX. *Exaudiat te Dominus.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
Auxilium de Sancto	2	de ſanctitate, id eſt, ſanctiſſimo.
Omnis ſacrificii	3	omnium munerum tuorum *.
Holocauſtum tuum pingue fiat		id eſt, *pingue tuum, optimum tuum* fiat holocauſtum. In hebræo eſt: *holocauſtum tuum incineret;* dein Beſtes ſoll zum Brandopfer und zu Aſche werden.
In potentatibus ſalus dexteræ	7	in fortitudinibus.
Ipſi obligati ſunt	9	incurvati ſunt, incurvaverunt ſe.

Ex

* *Mincha*, donum, oblatio ex triticea (aus dem feineſten Semmelmehl, Auszug) *ſimila* puriſſima, Minchotecha munerum tuorum.

Ex Pſalmo XX. *Domine in virtute tua.*

Vulgata.	*Verſ.*	*Hebræa ad verbum.*
In virtute tua	1	in fortitudine.
Voluntate labiorum	2	prolatione labiorum, id eſt, quod labiis protulit & ſincere petiit, tribuiſti.
Vitam petiit	4	vitas.
Impoſuiſti	5	adæquabis, id eſt, imples pro modo deſiderii.
Dabis eum in benedictionem	6	pones eum in *benedictiones*.
Dominus in ira ſua conturbabit	9	in *naſo ſuo* deglutiet.
In reliquiis tuis	12	in funibus tuis, auf der ausgeſpannten Senne deines Bogens. Gott mangeln die Pfeile und Waffen niemals.

§. XXI.

§. XXI.

Exempla Idiotismi tum *Hebraici*, tum *Græci*, petita ex primis Pſalterii Davidici quinque Pſalmis: Quæ ſub unum conſpectum varietatem ſtyli inter *Hebræam*, *Græcam*: LXX. & *Vulgatam* lectionem exhibent.

Idiotismi ad Pſalmum I. *Beatus vir, qui non.*

Verſ. *Vulgata lectio.*

1. Beatus vir - in conſilio impiorum - & in cathedra peſtilentiæ.
2. Sed.
3. Secus decurſus aquarum - quæcunque faciet, proſperabuntur.
4. Tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
5. Ideo non reſurgent.

6. Et

Hebræa lectio.	*Græca.*
1. Beatitudines viri, *aſchre-ba iſch* in conſeſſu deriſorum, *letſim.*	1. In cathedra *peſtilentiarum*, λοιμων.
2. Quinimo, loco *ſed*, *ki - im.*	
3. Proſperare faciet, *jatzliach.*	3. Ad exitus aquarum, παρα τας διεξοδες. Recta via dirigetur, κατευοδωθησεται.
4. Sicut gluma, *kammotz.*	4. Tanquam pulvis, ὡσει χοες.
5. Non ſtabunt, *lo jakymu.*	5. Non reſurgent, αναϛησονται.

Verſ. *Vulgata lectio.*

6. Et iter impiorum peribit.

Hebræa lectio.	*Græca.*
6. Et via, *vederecb.*	6. Perit, perditur, *απολειται.*

Confer *expoſitionem* Pſalmi hujus, quam edidi. Pag. 130. Parte II.

Et ſic ſemper facies, admonitus hac voce: *confer;* ſi placet.

Ad Pſalmum II. *Quare fremuerunt?*

Verſ. *Vulgata lectio confer pag.* 132.

2. Et adverſus Chriſtum ejus.
3. Jugum ipſorum.
5. In ira ſua.
6. Conſtitutus ſum Rex - - ſuper montem ſanctum ejus.

9. Re-

Hebræa lectio.	*Græca.*
2. Adverſus unctum ejus, *Meſchicho.*	2. Chriſtum, Χριςος, unctus.
3. Funes ipſorum, *babothemo.*	3. Jugum, *τον ζυγον.*
5. In naſo ſuo, *beappo.*	5. Εν τη οργη - εν τω θυμω, in ira; in indignatione.
6. Conſtitui Regem meum, *naſachti malki.*	6. Conſtitutus ſum, *κατεςαθην.*
6. Montem ſanctitatis meæ, *bar kodſchi.*	

Verf. *Vulgata lectio.*

9. Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringes eos.

10. Reges - erudimini.

12. Apprehendite difciplinam.

13. Exarferit in brevi ira ejus.

Hebræa lectio.	*Græca.*
9. Conteres eas, *teroem.* Confractos difperges eos, *tenappetzem.*	
10. Caftigate vos judices, *bivafru.*	10. Παιδευθητε, inftruimini.
12. Ofculamini filium, *nafchfcbeku-bar.*	12. Δραξαθε παιδειας, facite, arripite doctrinam, inftitutionem.
13. Exarferit vel paululum nafus ejus, *kimat appo.*	13. Εν ταχει, in velocitate.

Ad Pfalmum III. *Domine quid multiplicati?*

Verf. *Vulgata lectio confer pag.* 135.

1. Qui tribulant me.

4. Sufceptor meus es.

6. Ego

Hebræa lectio.	*Græca.*
1. Anguftiatores mei, *tzarai.*	1. Θλιβοντες, affligentes.
4. Clypeus pro me, *magen baadi.*	4. Αντιληπτωρ, fufceptor.

Vers. *Vulgata lectio.*

6. Ego dormivi, & soporatus sum.
7. Non timebo millia.
8. Adversantes mihi sine caussa.

Hebræa lectio.	*Græca.*
6. Ego accubui & dormivi, *ani schachabti, vaischanah.*	
7. A decem millibus, *meribabot.*	7. Απο μυριαδων, a decem millibus, a myriade.
8. Additur: *maxilla, lechi.*	8. Ματαιως, sine caussa, *vane.*

In hoc Psalmo ter interponitur *selah*, id est, *pausa*, *quies*, *silentium* ad meditandum.

Ad Psalmum IV. *Cum invocarem.*

Vers. *Vulgata lectio.*

1. Cum invocarem, exaudivit - dilatasti mihi.
2. Filii hominum, usque quo gravi corde?

3. Mi-

Hebræa lectio.	*Græca.*
1. In invocando exaudi, *bekori haneni.*	1. Εν τω επικαλεισθαι, inter invocandum. Επλατυνας με, dilatasti me.
2. Filii viri usquequo gloriam meam in ignominiam? *bene isch ad-meh cebodi liklimmah.*	2. Βαρυκαρδιοι, depresso corde.

Verſ. *Vulgata lectio.*

3. Mirificavit Dominus ſanctum ſuum.
4. Iraſcimini - - -
In cubilibus veſtris compungimini.
5. Quis oſtendit nobis bona?
6. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui.
7. A fructu frumenti - multiplicati ſunt.
8. In id ipſum.
9. Dominus ſingulariter.

Hebræa lectio.	*Græca.*
3. Segregavit Dominus pium ſibi, *hipblah adonai chaſid lo.*	3. Εθαυμασωσε, admirabilem fecit.
4. Contremiſcite, *rigzou.*	4. Καταννυγητε, pœnitentiam agite.
4. Loco: *compungimini*, eſt: *& tacete ſelah, vedamu.*	
5. Quis videre faciet nos bonum? *mi raenu tob.*	
6. Leva ſuper nos lucem facierum tuarum, *nacha - - or panecha.*	
7. A tempore (quo) frumentum & vinum novum multiplicata ſunt, *meet - vetiroſcham.*	
8. Pariter, *jachdav.*	
9. Dominus ſolus, *lebadad.*	9. Κατα μονας, ſolitarie, κατωκισας, habitare feciſti.

Ad Psalmum V.

Vers. *Vulgata lectio.*

1. Intellige clamorem meum.
4. Quoniam ad te orabo Domine mane.
5. Mane adstabo tibi & videbo.
8. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
10. Quoniam non est in ore ejus veritas, cor eorum vanum est.
11. Decidant a cogitationibus suis.

Hebræa lectio.	*Græca.*
1. Intellige meditationem meam, *binab hagigi.*	1. Συνευ της κραυγης μȣ, intellige clamorem meum.
4. Mane, *bocker.*	
5. Mane præparabo tibi. Quid? orationem, *bocker earoch-lecha.*	5. Τῳ πρωϊ παραστησομαι σοι, mane adstabo tibi.
8. Incurvabo me in templo sanctitatis tuæ, *eschtachaveh el hekal-kodschecha.*	8. Προσκυνησω προς ναον ἁγιον, flexis genibus & pronus in terram.
10. Non in ore ejus rectum, intimum eorum pravitates, *en bephihu nekonah, kirbam havot.*	
11. Cadant a consiliis suis, *jippelu mimmoatzotbehem.*	11. Αποστατωσαν απο των διαβȣλιων, decidant a consiliis.

NB. Psalterium Vulgatæ maximam partem congruit cum versione græca septuaginta interpretum; sed versio D. Hieronymi propior est fonti hebraico.

LIBER





LIBER TERTIUS.

EXEMPLA IDIOTISMORUM EX TESTAMENTO NOVO IN SPECIE, MAXIME D. MATTHÆI EVANGELIO.

SECTIO IV.

§. XXII.

Lectio Vulgatæ collata cum lectione ſyriaca & animadverſionibus græcæ lectionis, ad cognoſcendam diverſitatem Idiotismorum. Decerpuntur ex ſingulis capitibus Matthæi, quæ eminent.

Ad Matthæi Caput I.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Abraham *genuit* Iſaac,	2	*Abrobom* genuit *Iſchak*,
Naaſſon - - Salmon,	4	*Naſchun* - - *Salmun*.
Obed - - * Jeſſe,	5	*Ubid* - - - *Iſchai*.
Salomon - - Roboam,	7	*Schelemun* - - *Rechebam*.
Joſaphat - - Joram,	8	*Johuſchaphat* - - *Juram*.
Ozias - - Joatham,	9	*Uzia* - - *Jutham*.
Ezechias - Manaſſen,	10	*Chezakja* - - *Menaſche*.
Amon - - - Joſiam,		*Amun* - - *Juſchia*.
Salatiel - Zorobabel,	12	*Schelatiel* - - *Zurbabel*.

* Id eſt, *Iſai*.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Jakob *genuit* Joseph, virum *Mariæ*,	16	*Jaakub* genuit *Jausepb*, virum *Marjam*.
De Spiritu ſancto,	18	e Spiritu ſanctitatis.
Nollet eam traducere,	19	non volebat publicare eam.
Nomen ejus Emmanuel,	23	- - - Ammanuel.
Vocavit nomen ejus Jeſum,	25	vocavit ipſa - - Jeſchu.

Animadverſiones. Diſcis ex hoc capite: Linguam *ſyriacam* ab *hebræa* non eſſe diverſam vocibus, ſed *ſono*, *pronunciatione*; quæ fuit non nihil horridior, minus culta & polita, quam *hebræa*. Fere ut alia eſt dialectus, Mundart, Ausſprache, *franconica*, *rhenana*, *ſuevica*, *auſtriaca*, *tyrolenſis*, *helvetica*. Colere linguam oportet; non vilipendere nationem. Homerus & *Iliada*, & *Odyſſeam*, minimum ſex diverſis dialectis contexuit, ut nulli *Græco* diſpliceret; ne *bæoticam* quidem, omnium craſſiſſimam, diſſimulavit.

Ad Matthæi Caput II.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio ſyriaca.*
Hieroſolymam	1	ad Uriſchlem.
Adorare eum	2	ad adorandum.

In

Lectio græca.

Πϱοσκυνησαι αυτῳ	2	ut adorando procidamus ante eum.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
In Principibus Juda	6	inter Reges Jjuda.
Dux qui regat	—	Rex, qui pascat populum.
Renunciate mihi	8	venite, renunciate.
Et responso accepto in somnis	12	& ostensum est in somnio: *itaque* per aliam viam.
Quærat puerum	13	quærat *ipsum* puerum.
Qui consurgens	14	Jauseph *ergo* surgens.
Occidit omnes pueros	16	interficere fecit omnes.
A bimatu & infra	—	a nato duos annos.
Vox in Rama	18	in Rametha.
Noluit consolari	—	noluit admittere consolationem.
In somnis Joseph	19	in somnio ipsi Jauseph.
Accipe puerum	20	accipe Jjsrael.

Lectio græca.

Εν τοις ἡγεμοσιν	6	inter duces, e principibus.
Χρηματισθεντες κατ' οναρ	12	divinitus inter somnum certiores redditi.
Μελλει ζητειν απολεσαι	13	futurus est quærere, ut perdat.
Απο διετους και κατωτερω	16	a nato duos annos & infra.
Παρακληθηναι	18	consolatione refici.
παραλαβε το παιδιον	20	accipe puerulum.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Admonitus in somnis	22	eundum esse in regionem Galilææ.
Quæ vocatur Natzareth	23	quæ vocabatur Natzrath.

Ad Matthæi Caput III.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Joannes - prædicans	1	Juchanan & prædicavit.
Hic est enim, qui dictus est	3	hic enim ille ipse est, de quo dictum est.
Per Prophetam Isaiam	—	per manum Prophetæ Iskajæ.
Viam Domini	—	vias Domini.
Rectas facite semitas	—	complanate semitas.
Circa Jordanem	5	circa Jurdan.
Confitentes peccata sua	6	cum confiterentur peccata.
Ad baptismum suum	7	ut baptizarentur.
Fructum dignum	8	fructus dignos.
Filios Abrahæ	9	filios Abrohomo.

Jam

Lectio græca.

Οὗτος γαρ εςι ὁ ῥηθεις	3	hic enim est præ-dictus.
Εξομολογουμενοι τας ἁμαρτιας ἀυτων	6	confitentes *sua* ipsorum peccata.
Τους καρπους αξιους	8	dignos fructus; *in plurali.*

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio fyriaca.*
Jam enim fecuris	10	ecce autem fecuris.
Fructum bonum	—	fructus bonos.
Excidetur	—	exfcinditur & cadit.
In aqua in pœnitentiam	11	ad converfionem.
In Spiritu fancto	—	in Spiritu fanctitatis.
Aream fuam	12	areas fuas.
Congregabit triticum	—	coget triticum.
Comburet igni inextinguibili	—	comburit igni, qui non extinguetur.
Et tu venis ad me?	14	ad me venifti?
Tunc dimifit eum	15	& tunc permifit ei.

Lectio græca.

Εκκοπτεται και εις πυρ βαλλεται	10	exfcinditur & in ignem jacitur.
Εις μετανοιαν	11	ad pœnitentiam, ad retractationem mente conceptam, zu Gemüth nehmen.
Πυρι ασβεστῳ	12	igne, qui nequeat extingui.

In Matthæi Caput IV.

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio fyriaca.*
A Spiritu	1	a Spiritu *fancto.*
Ut tentaretur a diabolo	— - -	ab accufatore.
Panes fiant	3	panis fiant.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Respondens dixit	4	respondit & dixit: nequaquam.
Mitte te deorsum	6	præcipita te ipsum deorsum.
Angelis suis mandavit	—	Angelos suos monebit.
Dicit ei Jesus: vade satana	10	dixit: abi tibi satana.
Secessit in Galilæam	12	migravit sibi in Galilæam.
In Capharnaum maritima	13	Kephar-Nachum ad litus maris.
Per Isaiam prophetam	14	per manum Isajæ.
Trans Jordanem	15	transitus Jurdan.
Sedebat in tenebris	16	in regione & umbra mortis.
Pœnitentiam agite	17	convertimini.
Simonem, qui vocatur Petrus	18	Schemeun qui - Kipha.
Jacobum Zebedei	21	Jaakub, filium Zabdai.
Sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo	23	omnem dolorem atque languorem.
Et abiit opinio ejus	24	& audita est fama ejus.

Omnes

Lectio græca.

Εντελειται	6	mandatur.
Και απηλθεν η ακοη αυτȣ	24	& abiit auditio ejus, fama de eo.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Omnes male habentes, variis languoribus & tormentis comprehenſos	24	qui peſſime affecti erant, & eos, qui premebantur anguſtiis.
Et de trans Jordanem	25	& de terris trans Jurdan ſitis.

In Matthæi Caput V.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Quoniam ipſi poſſidebunt terram	4	quia ipſi hæreditatis jure poſſeſſuri ſunt terram.
Ipſi conſolabuntur	5	conſolationem accipient.
Miſericordiam conſequentur	7	ſuper eis futuræ ſunt miſericordiæ.
Dixerint omne malum adverſum vos, mentientes, propter me	11	Omne verbum malum propter me cum mendacio.
Gaudete	12	tunc gaudete.
Merces veſtra copioſa	—	merces veſtra crevit.
Non veni ſolvere, ſed adimplere	17	nequaquam ut deſtruam, ſed ut compleam.
Amen quippe dico vobis	18	Amin - dico *ego* vobis.
Jota unum	—	*Jud* unum.

Lectio græca.		
Κληρονομησουσι	4	hæreditate ſortientur.

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio fyriaca.*
Qui ergo folverit unum	19	qui igitur explicuerit unum.
Plus quam fcribarum	20	plus quam legis peritorum.
Dictum eft antiquis	21	veteribus.
Irafcitur fratri fuo	22	fratri fuo *temere.*
Dixerit fratri fuo Raka	—	- - *raka* *.
Reus erit concilio	—	reus erit confeffus.
Gehennæ ignis	—	gihannæ ignis.
Habet aliquid adverfum te	23	retinere adverfum te odium aliquod.
Efto confentiens	25	efto reconciliabilis cum.
Tradat te miniftro	—	tradat te exactori.
Et in carcerem mittaris	—	& incidas in domum vinctorum.
Noviffimum quadrantem	26	obulum ultimum.
Quam totum corpus	30	& non totum corpus.

Omnis

Lectio græca.

Τον εσχατον κοδραντην	26	noviffimum quadrantem, bis auf den lezten Häller.

---

* Vox *Raka* proprie contemptum aut vilipenfionem proximi fonat: ut fi quem *cerebro* vacuum, aut *exiguo ingenio* inftructum propterea vilipendas.

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio syriaca.*
Omnis qui dimisit uxorem suam, excepta fornicationis caussa, facit eam mœchari.	32	- - efficit ei, ut committat adulterium.
Et qui dimissam duxerit, adulterat	—	& qui accipit derelictam, adulterium committit.
Non perjurabis	33	non mentieris in juramentis.
Non jurare omnino	34	ne juretis omnino.
Neque per caput tuum juraveris	36	per unum capillum cæsariei nigrum.
Est, est; non, non, quod autem his abundantius est, a malo est	37	- - - quidquid hæc præterabundat, ex malo est.
Non resistere malo	39	ut non surgatis contra malum.

Anga-

Lectio græca.

Παρεκτος λογȣ πορνειας	32	Excepto verbo fornicationis, id est, accusatione de hoc flagitio.
Ου, ȣ· ναι, ναι	37	non, non; ita, ita: est ita; non est ita. *Respondendum nempe, ut res est, & quod est.*
Μη αντιστηναι τῳ πονηρῳ	39	non resistere maligno, homini nequam.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Angariaverit mille paſſus	41	adigit ad miliarium.
Benefacite his, qui oderunt	44	bene precemini ei, qui maledicit vobis.
Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos	—	orate pro illis, qui ducunt vos in vincula & perſequuntur vos.
Quam mercedem habebitis?	46	quod præmium eſt vobis?
Etſi ſalutaveritis	47	precamini ſalutem.
Quid amplius facitis?	—	quid eximii facitis?

Lectio græca.

Αγγαρευσῃ μιλιον ἑν	41	importune coget unum miliare.
Τι περισσον ποιειτε;	47	quid redundans facitis?

In Matthæi Caput VI.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Noli tuba canere ante te	2	ne clames cornu ante te.
Qui videt in abſcondito	4	qui videt in occultum.
Qui videt in abſcondito	6	in occultum.

Sicut

Lectio græca.

Μη σαλπισῃς	2	ne tubam infles.
Αυτος αποδωσει σοι εν τῳ φανερῳ	4	ipſe reddet tibi in *manifeſto.*

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Sicut ethnici	7	ſicut profani.
Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie	11	panem neceſſitatis noſtræ hodie.
Libera nos a malo, amen	13	*amen* omiſſum in ſyriaco, ſed additum: *quia tuum eſt regnum & potentia & gloria in ſeculum ſeculorum.*
Nolite fieri - - triſtes	16	non ſitis atrati.
Exterminant enim facies ſuas	—	corrumpunt enim faciem.
Theſaurus tuus	21	theſaurus veſter.
Ipſæ tenebræ quantæ ſunt?	23	tenebræ tuæ quanto majores erunt?
Et mammonæ	24	& mammunæ.
Nonne vos magis pluris eſtis illis?	26	nonne vos præſtantiores?
Si autem fœnum agri	30	gramen agri.

Cras

Lectio græca.

Μη βαττολογησετε	7	nolite cum garrulitate loqui, inaniter.
Αρτον ἡμων τον επιουσιον	11	panem noſtrum ſubſtantiæ (ſuſtentationi ſufficientem).
Σκυθρωποι, finſterſichtig	16	triſti vultu, atroces.
Το σκοτος ποσον;	23	quantæ tenebræ?
Ουχ υμεις μαλλον διαφερετε αυτων;	26	nonne vos magis differtis ab ipſis?

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Cras in clibanum mittitur	30	ruit in clibanum.
Hæc enim omnia gentes inquirunt	32	gentes quidem mundi quærunt ſibi.
Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi	34	ipſum enim craſtinum curam habebit ſui ipſius.
Sufficit diei malitia ſua	—	ſufficit diei malum ejus.

Lectio græca.

Ἡ γαρ αυριον μεριμνησει τα ἑαυτης	34	Craſtina enim ſolicita erit circa ea, quæ ad ipſam pertinent.

In Matthæi Caput VII.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Et tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui	5	& tunc perſpicacitas erit tibi ad extrahendum.
Noſtis bona data dare	11	bona dona.
Vobis homines	12	filii hominum.
Et multi ſunt, qui intrant per eam	13	& multi ſunt ii, qui ambulant per manum ejus.
A falſis prophetis	15	a prophetis mendacibus.

Aut

Lectio græca.

Διαβλεψεις εκβαλειν	5	perſpicies, quomodo ejicias.
Δοματα αγαθα	11	dona bona.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Aut de tribulis ficus	16	aut de carduis ficus.
Bonos fructus facit	17	fructus *idoneos*.
Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine	21	nequaquam omnis, qui dicit mihi - Domine mi, Domine mi.
Diſcedite a me, qui operamini iniquitatem	23	ſeparate vos a me operarii iniquitatis.
Et non cecidit	25	& ipſa non corruit.
Conſummaſſet verba	28	finiviſſet Jeſchu.
Et non ſicut ſcribæ	29	non ſicut legisperiti.

Lectio græca.

Οἱ εϱγαζομεναι ανομιαν	23	operantes iniquitatem.
Ὁτε συνετελεσεν	28	ad finem perduxiſſet.
Και ουχ ὡς οἱ γϱαμματεις	29	& non ſicut Literati, ſeu Scribæ, *qui ſcripturam* vanitatis ergo rimabantur, non eo ſpiritu, quo oportet.

In Matthæi Caput VIII.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Secutæ ſunt eum turbæ.	1	cinxerunt eum.
Volo: mundare	3	volo: mundus eſto.
Et confeſtim	—	& eadem hora.

Et

Lectio græca.

Θελω, καθαϱισθητι	3	volo: mundus fias.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Et male torquetur	6	& peſſime affligitur.
Dic verbo	8	dic verbum.
Habens ſub me milites	9	ſub manibus meis milites.
Non inveni tantam fidem in Iſrael	10	ne in Iſrael quidem.
Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portavit	17	hic ſuſcipiet dolores noſtros & infirmitates noſtras portabit.
Trans fretum	18	in ulteriorem ripam.
Ubi caput reclinet	20	ubi fulciat caput.
Imperavit ventis	26	repreſſit ventos.
In regionem Geraſenorum	28	in locum Gadaræorum.
Erat autem non longe *	30	erat autem *procul* *.
Exeuntes abierunt in porcos	32	egreſſi ſunt & ingreſſi porcos.

Et

Lectio græca.

Δεινως βασανιζομενος	6	graviter afflictus.
Ουδε εν τω Ισραηλ	10	neque in Iſrael.
Εις το περαν	18	trans alteram ripam, ſeu regionem.
Ην δε μακραν	30	erat autem longe: *de re ſimpliciter remota uſurpatur μακραν*
Εις την αγελην των χοιρων	32	in gregem porcorum.

* Utraque lectio: *non longe* & *procul*, in idem recidit ſub diverſa conſideratione.

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio fyriaca.*
Et ecce impetu abiit totus grex *per * præceps* in mare.	32	& totus grex ille direxit fe in rupem *, & deciderunt in mare.
Ut tranfiret a finibus	34	ut recederet.

Lectio græca.

Κατα τȣ κϱημνȣ	32	per præcipitium.

In Matthæi Caput IX.

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio fyriaca.*
Confide fili	2	bono fis animo, fili mi.
Surge & ambula	5	furgens ambula.
Euntes autem difcite, quid eft	13	ite, difcite, quid fit.
Filii fponfi lugere	15	filii thalami.
Ecce princeps unus	18	Primas quidam.
Tetigit fimbriam veftimenti	20	- - extremitatem veftimenti.
Et aperti funt oculi	30	& *confeftim* aperti funt.

Et

Lectio græca.

Εις μετανοιαν	13	ad pœnitentiam.
Ὁι ὑιοι τȣ νυμφωνος	15	filii fponfi, feu thalami.
Αϱχων ἑις	18	princeps unus.
Και ενεβϱιμησατο	30	& infremuit.

* Von einer steilen Anhöhe.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Et comminatus eſt	30	& inhibuit.
Nunquam apparuit ſic in Iſrael.	33	quod nunquam fuit viſum hujusmodi in Iſrael.
Ut mittat operarios in meſſem	38	ut *extrudat* operarios in meſſem ſuam.
		Lectio græca.
Ὅπως ἐκβάλῃ	38	emittat, & quodammodo vi ejiciat.

In Matthæi Caput X.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Et Bartholomæus	3	bar Tholmai *.
Thomas & Matthæus	—	Thauma & Matthai
Et Thaddæus	—	& Labbi, qui cognominatus eſt Taddi.
Judas Iſcariotes	4	Judas Secharjuta.
In viam gentium	5	in viam profanorum.
Nolite poſſidere aurum	9	ne comparetis aurum &c.
In zonis veſtris	—	in crumenis veſtris.
Salutate eam	12	ſalutate domeſticos.
Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum	15	- - terræ Sedum & Amorrha.
		Lectio græca.
Ανεκτότερον	15	toleratu facilius.

Et

* *Bar-Tolmai*, filius Tolmæi.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Et simplices, sicut columbae	16	& sinceri, sicut columbæ.
Si patrem familias Belzebub vocaverunt	25	si dominum domus * Beel-Zeebub vocaverunt.
Asse veneunt	29	assor veneunt.
Veni enim separare hominem adversus patrem suum	35	- - ut dissidere faciam hominem.

		Lectio græca.
Και ακεραιοι, ὡς αἱ περιστεραι	16	simplices, sine prominente corniculo, id est, sine dolo.
Δυο στρουθια ἀσσαριου πωλειται	29	duo passeres asse venduntur.
Διχασαι κατα του πατρος	35	ut dissideat, sich entzweye, wegen Gott, und des Himmelreichs wegen.

In Matthæi Caput XI.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Mittens duos de discipulis	2	per manum discipulorum suorum.
Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?	3	tu es ille, qui venit, aut aliosne expectamus?

* *Baal*, vel *Beel-Zebub*, Deus abigendis muscis præpositus.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Audiſtis & vidiſtis	4	auditis & videtis.
Pauperes evangelizantur	5	pauperes accipiunt Evangeliorum nuncium.
Regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt	12	regnum cœlorum cum violentia accipitur.
Et, ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias	14	Et, ſi vultis, recipite, quod is eſt Elias.
Et juſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis	19	Et juſtificata eſt ſapientia a cultoribus, ſervis ſuis.
Quia non egiſſent pœnitentiam	20	neque converſæ fuerint.
In Tyro & Sidone	21	in Thor & Tſaidon.
In cilicio	—	in ſacco.
Exaltaberis	23	exaltata fueras.
Ita pater, quoniam	26	certe, pater mi.

Lectio græca.

Ακȣετε και βλεπετε	4	auditis & videtis: *præſen.*
Βιαζεται και βιαςαι	12	vi obtinetur, & ſibi vim facientes.
Εδικαιωθη	19	juſta declarata, prædicata eſt.
Εν σακκῳ και σποδῳ	21	in horrida veſte & cinere.
Ὑψωθεισα	23	exaltata.
Ναι, ο πατὴρ	26	profecto, certe, pater.

In

In Matthæi Caput XII.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Et panes propoſitionis	4	Et panes menſæ * Domini.
Miſericordiam volo	7	beneficentiam volo.
Et reſtituta eſt ſanitati, ſicut altera	13	- - ſicut ſocia ejus **.
Et linum fumigans non &c.	20	& lucernam crepitantem non extinguet.
Qui non congregat mecum, ſpargit	30	- - *ſpargendo* ſpargit.
Spiritus autem blasphemia non remittetur	31	convitium autem, quod eſt contra ſpiritum, non &c.
Ex verbis enim tuis	37	ex dictis enim tuis.
Niſi ſignum Jonæ Prophetæ	39	niſi ſignum Jaunan Prophetæ.
Audire ſapientiam Salomonis	42	- - ſapientiam Schelemum.

Lectio græca.

Αρτους της προθεσεως	4	panes propoſitionis.
Ελεον θελω	7	miſerendi ſtudium.
Και λινον τυφομενον	20	linum inflammatum, der angeflammte Dacht.
Σκορπιζει	30	diſpergit, diſſipat.

* Schaubrode, geheiligte Brode.
** Scilicet manus *altera.*

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Ambulat per loca arida	43	ambulat per loca, in quibus non sunt aquae.
Mundatam & ornatam	44	- - & praeparatam.
Et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus	45	& finis hominis illius pejor, quam principium.

Lectio graeca.

Δι ανυδρων τοπων	43	per loca inaquosa, sine aquis.
Σεσαρωμενον, και κεκοσμημενον	44	scopis purgatam, ornatam.

In Matthaei Caput XIII.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Et dabant fructum, aliud centesimum &c.	8	est, quod dedit centum, & est quod sexaginta.
Et solicitudo seculi istius, & fallacia divitiarum, suffocat verbum & sine fructu efficitur.	22	& deceptiones divitiarum - - & infrugifer redditur.
Et habitent in ramis ejus	32	& nidulentur in ramis

Eru-

Lectio graeca.

Ακαρπος γινεται	22	& infructuosus efficitur (nempe λογος sermo).

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Eructabo abſcondita a conſtitutione mundi	35	- - quæ fuerunt ante fundationem mundi.
Quærenti bonas margaritas	45	margaritas *optimas.*
Sagenæ miſſæ in mare	47	verriculo (Fiſchernetz) quod projectum eſt in mare.
Dicunt ei: etiam	51	dicunt ei: etiam, Domine noſter.
Nonne mater ejus dicitur Maria?	55	- - vocatur * *Marjam?*
Jacobus & Joſeph, & Simon & Judas	—	Jaakub & Joſi, & Schemun & Jjuda.
Niſi in patria ſua & in domo ſua	57	Niſi in civitate ſua & domo ſua.

Lectio græca.

Σαγηνη βληθειση	47	verriculo (Fiſchernetz) jacto in mare.
Ναι Κυριε	51	ita, Domine.
Ατιμος	57	inhonoratus, unangeſehen.

In Matthæi Caput XIV.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Et ait pueris ſuis	2	ſervis ſuis.

Lectio græca.

Παισι ἀυτȣ	2	pueris ſuiipſius.

* Errant, qui ſcribunt *Mirjam.* Syra vox eſt.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Saltavit filia Herodiadis in medio	6	- - coram accumbentibus.
In diſco caput	8	in patina
Nunciaverunt Jeſu	12	- - ipſi Jeſu.
In locum deſertum ſeorſum	13	per aridam ab urbibus.
Non habent neceſſe ire	16	non eſt neceſſe illis, ut abeant.
Niſi quinque panes	17	quinque placentas.
Exceptis mulieribus & parvulis	21	præter mulieres & pueros.
Modicæ fidei	31	puſille fide.

Lectio græca.

Ωρχησατο - - εν τω μεσω	6	ſaltavit - - in medio.
Επι πιναχι	8	in lance, Platte.
Εις ερημον τοπον	13	in locum ſolitarium, in einen öden Ort.
Κατ᾽ ιδιαν	—	ſeorſum, entfernt von der Stadt.
Χωρις γυναικων και παιδιων	21	die Weibsperſonen und Kinder nicht mitgerechnet.
Ολιγοπιστε	31	Exigua fide prædite.

In

In Matthæi Caput XV.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit	5	Oblatio mea eſt id, unde utilitatem capias a me.
Cor autem eorum longe eſt a me	8	cor autem eorum admodum remotum eſt a me.
Scandalizati ſunt?	12	offenſi ſunt?
Dixit ei: ediſſere	15	dixit ei, Domine mi, expone nobis.
Adhuc & vos ſine intellectu eſtis	16	non intelligitis?
Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum	27	certe Domine mi - - poſt vocem: de menſa dominorum ſuorum, additur: *& vivunt.*
Ne deficiant in via	32	ne fatigatione deficiant.
Paucos piſciculos	34	piſcium minutorum.

H 5 Venit

Lectio græca.

Ωφεληθης	5	adjutus es, iſt dir zum Guten gekommen, nützlich geworden.
Απεχει απ' εμȣ	8	abeſt a me.
Φρασον	15	dic, explica.
Ασυνετοι	16	non intelligentes.
Ιχθυδια	34	piſciculos, minutos.

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio syriaca.*
Venit in fines Magedan	39	in fines *Magedu.*

Lectio græca.

Εις τα ὁρια μαγδαλα	39	in terminos, Gränze von Magdala.

In Matthæi Caput XVI.

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio syriaca.*
Hodie tempeſtas; rutilat enim triſte cœlum	3	& mane: hodie hiemalis tempeſtas futura eſt, rubet enim cœlum triſte.
Cavete a fermento	11	ut caveretis *diligenter* a fermento.
Quem dicunt homines eſſe filium hominis?	13	quid dicunt homines de me, qui ſum *filius* * hominis.
Alii autem Eliam	14	alii autem Ilija.
Beatus es Simon Bar-Jona	17	beatus es fili Jauna.
Abſit a te Domine, non erit tibi hoc	22	parce tibi, Domine mi, quo minus fiat hoc.

Ani-

Lectio græca.

Πυῤῥαζει γαρ ϛυγναζων	3	ſeuerroth, triſte exiſtens.
Προσεχειν απο της ζυμης	11	cavere a fermento.
Ιλεως σοι Κυριε	22	propitius eſto tibi, Domine.

---

* *Filius* hominis, nihil aliud ſonat, niſi *homo*; hebraiſmus eſt, non myſterium.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Animæ vero suæ detrimentum patiatur	26	animæ vero suæ patiatur defectum.
Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua	—	aut quid dabit homo in permutationem animæ suæ.
Cum Angelis suis	27	cum Angelis suis sanctis.
Venientem in regno suo	28	in regnum suum.

Lectio græca.

Την δε ψυχην ἀυτȣ ζημιωθῃ	26	secundum animam mulctaretur.
Ανταλλαγμα της ψυχης ἀυτȣ	—	permutationem.

In Matthæi Caput XVII.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Facies ejus - - vestimenta - - facta sunt alba, sicut nix	2	* - - candida, sicut lux.
Moises & Elias	3	Musche & Elija.
Ait illis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia.	11	Elias venit prius, ut omnia compleret.

Quia

Lectio græca.

Ὡς το φως	2	sicut lux.
Ερχεται πρωτον	11	venit primum.

---

* Candida, glänzend, weiß.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Quia lunaticus est	14	cui lunaticus est morbus
O generatio incredula & perversa	16	- - & distorta!
Et nihil impossibile erit vobis	19	& nihil potentius erit vobis.
A quibus accipiunt tributum vel censum?	24	a quibus accipiunt argentum capitationis? (Kopfsteuer)

Lectio græca.

Οτι σεληνιαζεται	14	ad lunæ mutationem agitatur.
Ουδεν αδυνατησει ὑμιν	19	nihil impossibile erit vobis.
Τελη η * κηνσον	24	*tribula* pluraliter, vel *censum.*

In Matthæi Caput XVIII.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Quis, putas, major est?	1	- - maximus est?
Et qui susceperit unum parvulum talem	5	& qui recipiet similem puero huic

Væ

Lectio græca.

Τις αρα μειζων	1	ecquis igitur major?
Παιδιον τοιουτον ἑν	5	puerulum talem unum.

* Vox *novata.*

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio fyriaca.*
Væ homini illi, per quem fcandalum venit	7	- - per cujus manum veniunt offendicula.
Usque fepties?	21	usque ad feptimam vicem?
Sed usque feptuagies fepties	22	fed usque ad feptuaginta vices fepties fepties *.
Si non remiferitis unusquisque fratri fuo de cordibus veftris.	35	fi non remiferit peccata illius.

Lectio græca.

Ἑως επτακις	21	usque fepties.
Αλλ' ἑως ἑβδομηκοντακις ἑπτα.	22	usque feptuagies feptem, id eft: 490; id eft, * *femper.*
Τα παραπτωματα αυτων	35	peccata eorum.

In Matthæi Caput XIX.

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio fyriaca.*
Quacunque ex cauffa?	3	qualibet occafione?
Patrem & matrem	5	Patrem *fuum.*

Libel-

Lectio græca.

Κατα πασαν αιτιαν	3	ex omni cauffa.

* Toties, quoties te offendit, condona, propter Deum, qui femper meretur.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Libellum repudii	7	ſcriptum *deſertionis.*
Ad duritiam cordis veſtri	8	contra duritiam.
Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.	11	non quivis par eſt huic rei.
Diſcipuli autem increpabant eos	13	- - prohibuerunt eos.
Talium eſt enim regnum cœlorum	14	regnum cœlorum eſt eorum, qui ſunt, ſicut iſti.
Quid me interrogas de bono?	17	quid vocas tu me bonum?
A juventute mea	20	a pueritia mea.
Dives difficile intrabit	23	quod difficile ſit diviti intrare.
Mirabantur valde	25	perculſi ſunt valde.
In regeneratione	28	in ſeculo novo.

Cen-

		Lectio græca.
Βιβλιον αποςασεως	7	libellum dimiſſionis, Scheidungsbrief.
Προς την σκληροκαρδιαν	8	pro modo duritiei cordis.
Επετιμησαν αυτοις	13	minitabantur ipſis.
Τι με λέγεις αγαθον;	17	quid me appellas bonum?
Δύσκολως	23	difficulter, ægre.
Εξεπλησσοντο	25	percellebantur.
Εν παλιγγενεσια	28	in generatione rurſus futura.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Centuplum accipiet	29	unum in centum accipiet, & vitæ æternæ hæres fiet.

In Matthæi Caput XX.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Redde illis mercedem	8	Illis mercedem *ſuam.*
Acceperunt ſingulos denarios	9	- - ſinguli denarium.
Acceperunt autem & ipſi	10	- - etiam ipſi.
Amice, non facio tibi injuriam	13	amice *mi*, non facio.
Mater filiorum Zebedæi	20	- - filiorum Zebdai.
Dicunt ei: poſſumus	22	in ſyriaco additur: *aut Baptismate, quo ego baptizor, baptizabimini?*
Dicentes: Domine miſerere	31	Domine *mi*, miſerere.
Et ſtetit Jeſus	32	& ſubſtitit Jeſchu.

Lectio græca.

Ελαβον ανα δηναριον	9	acceperunt ſingillatim quisque denarium.
Ουκ αδικω σε	13	non injuſte tecum ago.
Ελεησον ἡμας Κυριε	31	miſerere noſtri, Domine.
Στας ὁ Ιησους εφωνησεν	32	ſtans, id eſt, ſubſiſtens vocavit.

In

In Matthæi Caput XXI.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Dominus his opus habet	3	quia pro Domino petuntur.
Dicite filiæ Sion	5	dicite filiæ Tſechiun.
Pullum filium ſubjugalis	—	filium aſinæ.
Hoſanna filio David	9	Uſchannah filio David.
Jeſus autem dixit eis	16	dixit eis: *etiam.*
Nunquàm ex te fructus naſcatur in ſempiternum.	19	ne ſint in te iterum fructus in æternum.
Dixit: fili, vade	28	dixit: fili mi, vade.
Poſtea autem pœnitentia motus abiit	29	poſtea autem reſipuit.
Et agricolæ, apprehenſis ſervis ejus, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt	35	- - & fuit, quem ceciderunt, & fuit, quem occiderunt, & fuit, quem lapidaverunt.

Vere-

Lectio græca.

Υἱον ὑποζυγιȣ	5	filium aſinæ, *jugo aſ-ſuetæ.*
Λεγει αυτοις, ναι	16	Dicit eis: ita, etiam.
Τεκνον ὑπαγε	28	Fili, vade, abi.
Υ῾στερον δε μεταμεληθεις	29	paulo poſt meditatus, in ſe rediit pœnitens.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Verebuntur filium meum,	37	jam pudebit eos ob filium meum.

Lectio græca.

Εντραπησονται τον ὑιον μȣ	37	reverenter obſervabunt & habebunt filium meum.

In Matthæi Caput XXII.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Fecit nuptias	2	*convivium.*
Et *altilia* occiſa ſunt	4	& *ſaginata* mea occiſa ſunt.
Veſte nuptiali	11	veſte convivii.
Fletus & ſtridor	13	*ploratus.*
Cum Herodianis	16	cum domeſticis Herodis.
Et non eſt tibi cura de aliquo	—	neque accipias curam propter hominem.
Licet *cenſum* dare?	17	*capitationem?*

Ne-

Lectio græca.

Εποιησε γαμȣς	2	fecit nuptias.
Τα σιτιςα τεθυμενα	4	& hordeo vel tritico ſaginata occiſa ſunt.
Ενδυμα γαμȣ	11	veſtem nuptiarum.
Ὁ κλαυθμος	13	ploratus.
Ου μελει σοι περι ȣδενος	16	non eſt tibi cura de ullo, nec ullo.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Neque nubent, neque nubentur	30	neque accipiunt uxores, neque uxores fient maritis.
Dicunt ei: David	42	Dicunt ei: *Filius David.*
Scabellum pedum tuorum	44	sub pedibus tuis.

Lectio græca.

Ουτε γαμȣσιν, ȣτε εκγαμιζονται	30	neque nubunt, neque nuptui traduntur.
Τȣ Δαυιδ	42	Davidis.
Ὑποποδιον	44	quod pedibus substernitur.

In Matthæi Caput XXIII.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Servate	3	vobis, ut servetis.
Et magnificant fimbrias	5	& producunt fimbrias.
Et salutationes in foro	7	& pacem in plateis.

Nec

Lectio græca.

Ειπωσιν ὑμιν τηρειν	3	dixerint vobis servare, servate, id est, ut servetis.
Μεγαλυνȣσι τα κρασπεδα των ἱματιων	5	promissas & amplas vestimentorum fimbrias faciunt, Saum, Einfassung.
Εν ταις αγοραις	7	in foris, auf den breiten Gassen, Märkten.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Nec vocemini *magiſtri*	10	*duces.*
Facitis eum filium Gehennæ duplo, quam vos	15	filium Gihannæ duplo magis, quam vos.
Qui dicitis	16	quia dicitis: quicunque
Juraverit in auro templi, debet	—	- - per aurum, quod eſt in templo, reus eſt.
Pleni eſtis hypocriſi	28	pleni eſtis fictione.
Quoties volui congregare?	37	*quot vicibus.*

Lectio græca.		
Καθηγηται	10	duces.
Διπλοτερον ὑμων	15	duplo magis, *quam* vos.

In Matthæi Caput XXIV.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Et erunt peſtilentiæ.	7	& *mortes*, das Sterben.
Multi pſeudoprophetæ	11	& multi prophetæ mendaces.
Refrigeſcet caritas multorum	12	recedet dilectio multorum.
Qui legit, intelligat	15	qui legit, *conſideret.*

Lectio græca.		
Εσονται λιμοι και λοιμοι	7	peſtilentiæ & fames, Sterben, Seuche.
Ὁ αναγινωσκων, νοειτω	15	legens, mente verſet.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Niſi breviati fuiſſent dies	22	Niſi decurtati eſſent dies illi.
Surgent enim Pſeudo-Chriſti	24	ſurgent enim *Chriſti mendaces.*
Ecce prædixi vobis	25	Ecce prius dixi vobis.
Cum tuba & voce magna	31	cum virtute multa & gloria magna.
Si ſciret Paterfamilias	43	*Dominus domus.*
Ut det illis cibum *in tempore*	45	in *tempore ſuo.*
In die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat.	50	- - qua non putavit.
Illic erit *fletus*	51	*ploratus* & ſtridor.

Lectio græca.

Εκολοβωθησαν	22	contracti, decurtati fuiſſent.
Οικοδεσποτης	43	Dominus domus, herus, ſicut nos dicimus: Hausherr.
Ἡ ȣ προσδοκα	50	qua non expectat.

In Matthæi Caput XXV.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Et ornaverunt	7	*apparaverunt* lampades ſuas.

Quia

Lectio græca.

Εκοσμησαν	7	mundarunt & ornarunt.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Quia lampades noſtræ	8	quia *ecce* lampades - - extinguuntur
Intraverunt cum eo ad nuptias	10	- - in domum nuptiarum.
Neſcitis diem	13	non noſtis diem *illum.*
Et uni dedit quinque talenta, alii &c.	15	eſt, cui quinque talenta, eſt cui duo - - & eſt, cui unum, unicuique juxta facultatem ſuam.
Poſuit rationem cum eis	19	& accepit rationem ab eis
Superlucratus ſum	20	lucratus ſum præter ea.
Cum uſura	27	cum uſura ejus.
Infirmus & viſitaſtis	36	*ægrotus.*
In carcere eram	—	in domo vinctorum, im Eiſenhauſe.
Domine, quando te vidimus	37	Domine noſter

I 3 Qui

Lectio græca.

Ὁτι ȣκ οιδατε	13	quia neſciviſtis diem
Και συναιρει λογον	19	& ponit rationem, inſtituit.
Εκερδησα επ' αυτοις	20	lucratus ſum ſuper illis.
Συν τοκῳ	27	cum parto proventu.
Ηϑενησα	36	infirmatus, ægrotavi.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Qui paratus eſt diabolo	41	qui paratus eſt *delatori*, id eſt, calumniatori, *antonomaſtice.*

Lectio græca.

Το ητοιμασμενον τω διαβολω	41	ignem præparatum diabolo &c.

In Matthæi Caput XXVI.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Ubi vis, paremus tibi comedere Paſcha	17	- - ut comedas *Pezcha.*
Dicite ei : Magiſter dicit	18	Præceptor *noſter* dicit.
Væ autem homini illi, per quem	24	cujus manu * filius hominis
Bonum erat ei, ſi natus non	—	tolerabilius erat ei, ſi
Et hymno dicto exierunt	30	& *laudes* dixerunt.
In villam, quæ dicitur Gethſemani	36	- - qui dicitur Gedſiman.
Dormite jam	45	dormite, quod ſupereſt.

Dixit :

Lectio græci.

Καθευδετε το λοιπον	45	dormite reliquum, id eſt, deinceps.

---

* Sic ajunt : *per manum Prophetæ*, id eſt, per Prophetam, tanquam inſtrumentum.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Dixit: ave Rabbi	49	dixit: pax, * Domine mi.
Ad quid veniſti?	20	hoccine eſt, quod veniſti? Socie mi!
Tanquam ad latronem	55	tanquam contra graſſatorem.
Blaſphemavit	65	Ecce blaſphemavit.
Quia non novi hominem	72	non novi *ipſum* hominem.
Nam & loquela tua	73	nam ſermo tuus (pronunciatio galilæa).

Lectio græca.

Χαιρε ῥαββι	49	Salve Rabbi, id eſt, Magiſter mi.
Εταιρε εφ' ῳ παρει;	50	amice, ſocie, ad quid ades?
Και γαρ ἡ λαλια σȣ	13	loquela tua, Mundart, Ausſprache: Galilæorum erat impeditior & craſſior ſeu denſior.

In Matthæi Caput XXVII.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Tradens ſanguinem juſtum	4	- - innoxium.

Lectio græca.

Αθωον	4	innoxium, innocentem.

* Sic ſalutabant Hebræi & Syri: *pax tibi, tecum.*

Vulgata lectio.	*Verf.*	*Lectio ſyriaca.*
Illi dixerunt: quid ad nos	4	- - nobis, quid nobis?
Mittere in córbonam	6	mittere in *locum oblationum.* Quaſi: Opferſtock, Kaſten.
Vocatus eſt ager ille Hacél-dama	8	vocatus eſt, *pagus ſanguinis.*
Pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Iſrael.	9	quem definiverant (beſtimmt) a filiis Iſrael.
Et non reſpondit ei ad ullum verbum	14	- - ne uno quidem verbo.
Et plectentes coronam	29	& compegerunt coronam ſpinarum.
Dicentes: ave rex Judæorum	—	pax ſit, o Rex Judæorum.
Qui dicitur Golgotha, quod eſt Calvariæ locus.	33	qui dicitur Gagulta, quod vertitur: *cranium*, Schädel.
Et dederunt ei vinum bibere cum ſelle miſtum.	34	ut biberet acetum, quod mixtum erat abſinthio.

Quod

Lectio græca.

Αγρος ἁιματος	8	ager ſanguinis
Προς ȣδε ἑν ῥημα	14	ne ad unum quidem verbum.
Οξος μετα χολης μεμιγμενον	34	acetum cum felle miſtum.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Quod dictum eſt per Prophetam	35	quod dictum eſt per manum Prophetæ.
Cum Scribis & Senioribus	41	cum Senioribus & Phariſæis.
Deſcendat nunc de cruce & credimus ei.	42	deſcendat - - ut videamus & credamus.
Id ipſum autem & *latrones*	44	graſſatores.
Velum templi ſciſſum eſt	51	facies portæ templi.
Inter quas erat Maria Magdalene	56	Marja Magdalita.
Dives ab Arimathæa	57	dives ex Ramatha.
Sedentes contra ſepulcrum	61	- - e regione ſepulcri.
Jube ergo cuſtodiri ſepulcrum	64	præcipe ergo diligentes eſſe.

Lectio græca.

Εβαλον κληρον	35	jecerunt ſortem, v. c. per aleas, ſortiti ſunt, ex galea jactas, ut milites ſolebant.
Και πρεσβυτερων και Φαρισαιων	41	additur in græco: *& Phariſæis.*
Καθημεναι απεναντι τȣ ταφȣ	61	ſedentes ex adverſo ſepulcri.
Αςφαλισθηναι	64	muniri cum ſecuritate.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Furentur eum	64	furentur eum *noctu.*
Munierunt ſepulcrum	66	diligentes fuerunt circa ſepulcrum, beſetzt mit Mannſchaft.

Lectio græca.

Νυκτος κλεψωσιν	64	noctu furentur.
Σφραγισαντες	66	ſigillum imprimentes, obſignieren.

In Matthæi Caput XXVIII.

Vulgata lectio.	*Verſ.*	*Lectio ſyriaca.*
Quæ luceſcit in prima ſabbati	1	cujus veſperæ lux prima eſt in ſeptimana.
Dicens: avete	9	dicens: *pax vobis.*
Pecuniam copioſam	12	argentum *non modicum* dederunt.
Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. N. B.	18	additur in ſyriaco: *Et ſicut me miſit Pater meus, etiam ego mitto vos.*

Usque

Lectio græca.

Τη επιφωσκȣση εις μιαν σαββατων	1	illuſcente in unam (primam) ſabbatorum.
Χαιρετε	9	ſalvete.
Αργυρια ικανα	12	argenteos idoneos, id eſt, *ſufficientes* ad corrumpendum.

Vulgata lectio.	*Vers.*	*Lectio syriaca.*
Usque ad consummationem seculi	20	in *syriaco* additur: *amin*, i. e. *amen*, *fiet*.

Lectio græca.

Ἑως της συντελειας	20	usque ad finem hujus seculi. In graeco quoque additur: αμην.

§. XXIII.

De titulo in cruce fixo ex Evangelistis singulis.

TITULI INSCRIPTIO EX QUATUOR EVANGELISTIS.

Matth. XXVII. 37.

Latina ad verbum.	*Syriaca.*
Hic est Jeschu Rex Judæorum	Honav Jeschu malko Dejjudoe

Marc. XV. 26.

Hic Rex Judæorum	Honav malko dihudoe.

Luc. XXIII. 38.

Superscriptio scripta super eum literis græcis, latinis & hebraicis:	Kethobo dakthibi leel meneh:
Hic est Rex Judæorum	Javnoith, Varhumoith, Uebroith. Jonice, id est, græce, romane, & hebraice, *ut superius*.

Joan-

Joannis XIX. 19.

Hic Jeſu Nazarenus Rex Judæorum.	Hono Jeſchu Nozroo Malko Dihudoe.

NB. Omnes ajunt hanc eſſe inſcriptionem: ultimi duo etiam aſſerunt, ſcriptum fuiſſe literis græcis, latinis & hebraicis, id eſt, *ſyriacis*, nach der Landſprache, Mundart, quæ fuit *dialectus ſyra*, hebraicæ linguæ *filia*, id eſt, *derivata*.

§. XXIV.

Septem extrema verba Chriſti in cruce.

Latina ad verbum.	*Syriaca.*
I. Pater dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt. Luc. XXIII. 34.	1.) Abbo ſchebuki lehun lo ger jodin mono obdin.
II. Amen dico ego tibi: hodie mecum eris in Paradiſo. Luc. XXIII. 43.	2.) Amin omar ano loch dejavmono ami tehve depardaſo.
III. Mulier, ecce filius tuus. Joan. XIX. 26. Ecce mater tua. Joan. XIX. 27.	3.) Ha ho emoch. Atto ho beroch.
IV. Sitio. Joan. XIX. 28.	4.) Tſeheno.
V. Deus Deus ad quid dereliquiſti me. Matth. XXVII. 46.	5.) Eli eli lemono ſebaktani *.

Deus

* Sebaktani & Sabaktoni ſyra ſunt; hebraicum enim ſonaret: Azabtani. *Le* ad *mono* quid; ſyrum; *lammah* ut quid; hebræum eſt.

Latina ad verbum.	*Syriaca.*
Deus meus, Deus meus, ad quid dereliquiſti me. Marc. XV. 34.	Aloi aloi lemono ſabaktoni.
VI. Conſummatum eſt. Joan. XIX. 30.	6.) Homſchalam.
VII. Pater, in manus tuas ego commendo ſpiritum meum. Luc. XXIII. 46.	7.) Obi bajodach ano Some Ruchi.

NB. Ex ipſis latinis Evangelii verbis colligere potes, & Chriſtum in *cruce* uſum fuiſſe lingua ſyriaca, & uſum fuiſſe inter prædicandum & reliqua vita negas?

§. XXV.

Verba Chriſti in Cœna ultima conſecratoria & operatoria.

Latina ad verbum.	*Syriaca.*
Matth. XXVI. 26.	Lucæ XXII. 19.
1. Cor. XI. 24.	
Hoc corpus meum	honav pagri.
Marci XIV. 22.	
Hoc ipſum corpus meum	hono ithav pagri.

Animadverſio. Hebræi & Syri verbum EST in præſenti raro exprimunt. Per idiotiſmum itaque linguæ hic omittitur: ſed ſenſus idem eſt. Sic ſæpe dicitur: *ego Dominus*, id eſt, *ego ſum Dominus.* Dominus Deus, id eſt, Dominus *eſt* Deus. Sic

Sic Eccleſia: *Tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus; tu ſolus altiſſimus.* Quid aliud ſubintelligas, quam: *es*?

§. XXVI.

Verba orationis Dominicæ.

Matthæi VI. a verſu 9.

Latina ad verbum.	*Syriaca.*
Sic orate vos:	hocano zalav attun.
Pater noſter, qui in cœlis,	abbun debaſchemo,
I. ſanctificetur nomen tuum;	1.) nethkadſcha ſemoch;
II. adveniat regnum tuum,	2.) titha malkuthoch,
III. fiat voluntas tua ſicut in cœlis, etiam in terra,	3.) neve zoconoch acano debaſchmao ob baro,
IV. da nobis panem neceſſitatis noſtræ hodie,	4.) haki lan lachemo demunkonan jaumono,
V. & remitte nobis debita noſtra, ſicut etiam nos remittimus debitoribus noſtris,	5.) vaſchbuki lan chajoban acono doki chenan ſchebakon lechajoban,
VI. & ne induces nos in tentationem.	6.) ulo talan leneſuno,
VII. ſed eripe nos a malo, quia tuum eſt regnum & potentia & gloria in ſeculum ſeculorum.	7.) elo pazon men biiſcho, metul dediloch hi malkutho uchalo udeſchbutho leolam olmon.

§. XXVII.

§. XXVII.

Octo beatitudines in monte primo Chriſti ſermone propoſitæ, Matth. V. 2.

Syriaca ad verbum.	*Pronunciatio ſyriaca in nonnullis.*
Et aperto ore ſuo docuit illos, inquiens:	
I. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.	*Tubacbun* lemiſkinin beruch dedichun hi malkutho daſchmao.
II. Beati lugentes, quippe conſolationem accipient.	*Tubacbun* lemakikin dehinun, & ſic deinceps
III. Beati mites, quippe qui ipſi hæreditatis jure poſſeſſuri ſunt terram.	*Tubacbun*, beati, id eſt, vere *boni*.
IV. Beati illi, qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.	
V. Beati ſunt miſericordes, quoniam ſuper eis futuræ ſunt miſericordiæ.	
VI. Beati illi, qui mundi ſunt corde, quippe qui videbunt Deum.	
VII. Beati pacifici, quippe qui Filii Dei vocabuntur.	

VIII.

Syriaca ad verbum.

VIII. Beati illi, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Sic autem concludit: Beati vos, cum probra jecerint in vos, & persecuti fuerint vos, & dixerint adversum vos omne verbum malum propter me, *cum mendacio,* tunc gaudete & exultate, quoniam merces vestra *crevit* in cœlis &c.

Lectio græca.

Και ανοιξας το ϛομα ἀυτȣ εδιδασκεν αυτȣς λεγων.

I. Μακαριοι ὁι πτωχοι τῳ πνευματι, ὁτι αυτων εϛιν η βασιλεια των ȣρανων.

II. Μακαριοι ὁι πενθȣντες ὁτι αυτοι παρακληθησονται.

III. Μακαριοι ὁι πραεις, ὁτι αυτοι κληρονομησȣσι την γην.

IV. Μακαριοι ὁι πεινωντες και διψωντες την δικαιοσυνην, ὁτι αυτοι χορτασθησονται.

Et postquam aperuit os * *suum* docebat eos dicens.

* Antehac aperuit ora prophetarum, nunc in hoc primo publico sermone aperuit ipse *os suum.* Reliqua ex latina Vulgata nota sunt.

V. Ma-

V. Μακαριοι όι ελεημονες, ότι αυτοι ελεηθησονται.

VI. Μακαριοι όι καθαροι τη καρδια, ότι αυτοι τον Θεον οψονται.

VII. Μακαριοι όι ειρηνοποιοι *, ότι αυτοι ύιοι τȣ Θεȣ κληθησονται.

VIII. Μακαριοι όι δεδιωγμενοι ένεκεν δικαιοσυνης, ότι αυτων εςι ή βασιλεια των ȣρανων.

* *Pacifici*, id eſt, pacem facientes, conciliantes, Friedensſtifter.

Μακαριοι εςε, όταν ονειδισωσιν ύμας και διωξωσι, και ειπωσι παν πονηρον ρημα καθ' ύμων ψευδομενοι, ένεκεν εμȣ. Χαιρετε και αγαλλιασθε ότι ο μισθος ύμων πολυς εν τοις ȣρανοις· ȣτω γαρ εδιωξαν τȣς προφητας τȣς προ ύμων.

O quantum ſolatium; ſi fiat ob juſtitiam! o quantum!

§. XXVIII.

Lectio in ſpecie practica ex capite primo Matthæi, cujus *octo* primi & *quatuor* ultimi verſiculi pronunciatione ſyra exhibentur.

EXEMPLUM EXPANSUM MATTHÆI CAPUT PRIMUM.

Lege a dextra ad ſiniſtram.

